in cubilibus suis. Exultationes dei in guttu
re eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus increpa
tiones in populis. Ad alligandos reges
eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis fe
rreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum.
gloria hec est omnibus sanctis eius. Laudate do
minum in sanctis eius: laudate eum in firmamento
virtutis eius. Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum secundum multitudinem magnitu
dinis eius. Laudate eum in sono tube: lau
date eum in psalterio et cythara. Lauda
te eum in tympano et choro: laudate eum in cor

dis 7 organo. Laudate eū i cymbalis
bñsonantib9. laudate eū in cymbalis iu
bilatiōis omis sp̄s laudet dn̄m. ant. Alla.
alla. alla. Capitulū ym̄ qui pro tp̄e cōpe
tūt 7 ꝟ p tp̄e pascali. In resurrectiōe tua xp̄e alla.
R. Celi 7 t̄r̄e letent̄ alla. Cāticū zacharie p
Benedictus dn̄s deus p̄phete.
isrl'; qr uisitauit 7 fecit redēptiōē
plebis sue. Et erexit cornu salutis no
bis: i domo dauit pueri sui. Sic locut9
est per os scōr: q a sclo st̄ p̄phetar eius. Sa
lutē ex inimicis n̄ris. 7 de manu omnium
qui nos oderūt. Ad faciendam mīam cū
p̄ribus n̄ris: 7 memorari testamēti sui scī.
Ius iurandū qd iurauit ad habrahā
prē n̄rm daturū se nob. Ut sine timore
de manu inimicor liberati: seruiamus illi.

In scītate 7 iusticia coram ipso oībus di
ebus nostris. Et tu puer p̄pheta altissi
mi uocaberis: preibis eni an̄ faciē dn̄i pare
re uias eius. Ad dandam scientiam salutis
plebi eius: i remissione peccōr eor. Per
uiscera mīe dei nostri: i quib9 uisitauit nos
oriēs ex alto. Illuminare his qui
i tenebris 7 umbra mortis sedēt ad dirigē
dos pedes nostros i uia pacis. ant. 9 orōq
pro tp̄e cōpetūt. Et de ide fit cōm de
aplis postea de beato ludouico. alis de
proprio loco. 7 in fine de pace. ant. tam
in uesperis quam in matutinis. S. Da
pacem domine in diebus nostris. In
uesperis pro apostolis. antiphona. n.
Petrus apls 7 paulus doctor gētiū ipi nos docuerit
legē tuam dn̄e. V. Constitues eos p̄ncipes sup

omnē terā. ℟. Memores erūt nōis tui domine.
In matutinis anṫ. Gloriosi p̄ncipes terē
quō ī uita sua dilexerūt se ita ⁊ ī mōte nō sūt sepati.
℣. In omnē terā exiuit sonus eorum. ℟. Et in
fines orbis terē uerba eorum. Hec presens orō
tam ī uesperis q̄ ī matutinis dr̄ p aplis.
Deus cui dextera btm̄ petrū am
bulantē ī fluctibus ne mergeret
erexit ⁊ coaplm̄ eius paulū naufragātē tcio
de profundo pelagi liberauit exaudi nos
ꝓpicius ⁊ concede. ut ambor̄ meritis etni
tatis glām cō sequamur. De sc̄o ludouico
ad uēsa. O quā ad regnū supni suscepit dn̄s pu
erum uelud uirltā nos p̄mites te laudantes
lucro merēmtus inuictus preduce deo gratos sēp
fac paratos ad eternā uitā. Ad Bn̄ ā. O uas
oīs grē ⁊ uere scientie p̄sul ꝯtētum da salutis ⁊

uirtutis tu decernā gētiby diuinā q̄sit lum ad celi
circuitū nr̄i oretuū. ℣. Ora p nob bt̄e ludouice.
℟. Ut dig efficiam p̄missioiby xp̄i. Orō.
Deus qui ecclīā tuā dispositiōe
mirabilis nouis semp illustras ī
scōr splendoriby. tribue q̄s ut qui bt̄i
ludouici ꝯfessoris tui atq; pōtificis cō
memoratiōe gratulam ad eius ꝯsōciū
felicit̄ pducamur. Et sic de aliis dep
pto lod. aīs. ⁊ uersiculis. que con
petit. De inde pro pace antiphona.
Da pacē dn̄e ī diebȝ nostris q̄r nō ē alius qui pu
gnet p nob nisi tu deus nr̄. ℣. Fiat pax ī uirtute
tua. ℟. Et habūdātia ī turriby tuis. Orō.
Deus a quo sc̄a desideria recta ꝯsilia
⁊ iusta sūt opa da suis tuis illā q̄
mūdus dare nō pōt pacē ut ⁊ corda nr̄a

mandatis tuis dedita. 7 hostiū sublata for
midine tpa sint tua ptectione tranquilla.
Per dominū nrm. Ad primā ẏmnus.

IAM LUCIS
orto sydere deū pcemur sup
PLICES UT
in diurnis actibꝰ nos seruet
a nocentibꝰ. Linguā refrenās tpet ne li
tis horor insonet uisū fouendo contegat ne
uanitates hauriat. Sint pura cordis in
tima absistat et uecordia carnis terat sup
biam potus cibi que parcitas. Ut cū
dies abscesserit. noctisq; sors redierit
mūdi pabstinentiā ipsi canamus gloriā.
Deo prī sit glā eiusq; filio cū spū pacli
to 7 nūc 7 in ppetuū. Amen. Antiphā.
Alleluya. allā. allā. Psalmus dauid.

Deus ds.

Deus ds meus respice in me quare
me dereliquisti: longe a salute mā
uerba delictorū meorū. Deus mīs clamabo
p diem 7 nō exaudies 7 nocte et nō ad insipi
entiā michi. Tu autē in scō habitas: laus
isrł. In te sperauerūt prēs nri: sperauerūt
7 liberasti eos. Ad te clamauerūt 7 salui
facti sūt: in te sperauerūt 7 nō sūt confusi. Ego
autē sum uermis 7 nō hō: obprobiū hominum
7 abiectio plebis. Omnes uidētes me deri
serūt me: locuti sūt labijs 7 mouerūt capud.
Sperauit in dño eripiat eū: saluū faciat
eū qm̄ uult eū. Qm̄ tu es qui extraxisti
me de uentre spes mea ab uberibus mrīs mee
in te proiectus sum ex utero. De uentre
matris mee deus mīs es tu: ne discesseris a
me. Qm̄ tribulatio proxima est. qm̄ nō ē

qui adiuuet. Circumdederūt me uituli
multi: tauri pingues obsederūt me. Ape-
ruerūt sr me os suū: sicut leo rapiēs et ru-
giens. Sicut aqua effusus sum: et disp-
sa sūt oīa ossa mea. Factū est cor meū
tamq̄ cera liquescēs in medio uentris mei.
Aruit tamq̄ testa uirtus mea: et lingua
mea adhesit faucibus meis et in puluerē mor-
tis deduxisti me. Quoniam circūdederūt me ca-
nes multi: cōsiliū malignantiū obsedit me.
Foderūt manus meas et pedes meos:
dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi uero
cōsiderauerūt et inspexerūt me: diuiserūt si-
bi uestimēta mea et sup uestē meā miserunt
sortē. Tu autē dn̄e ne elongaueris au-
xiliū tuū a me: ad defensionē meā cōspice.
Erue a framea deus aīam meā: et de ma-

nu canis unicam meā. Salua me ex
ore leonis: et a cornibus unicorniū hu-
militatē meam. Narrabo nomē tuū fr̄ibus
meis: in medio eccl̄e laudabo te. Qui
timetis dn̄m laudate eū. uniuersum semē
iacob glorificate eū. Timeat eū omne
semē isrl̄: quoniam nō spreuit nec despexit de-
precationē pauperis. Nec auertit faciē
suā a me: et cū clamarē ad eū exaudiuit
me. Apud te laus mea in ecclia magna
uota mea reddā in cōspectu timentiū eum.
Edent pauperes et saturabūtur et lauda-
būt dn̄m qui requirunt eū. uiuent corda
eorū in seculū seculi. Reminiscentur et cō-
uertentur ad dn̄m uniuersi fines terre. Et
adorabūt in cōspectu eius: uniuerse familie
gentiū. Quoniam dn̄i est regnū: et ipse dn̄abi-

gentium. Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi vivet: et semen meum serviet ipsi. Annuntiabitur domino generatio ventura: et annuntiabunt celi iustitiam eius: populo qui nascetur: quem fecit dominus. Ps. xxii.

Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit. Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum. Nam et si ambulavero in medio umbre mortis: non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos qui tribulant me. Inpinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me in omnibus diebus vite mee. Et ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum. Ps. xxiii.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina preparavit eum. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam: nec iuravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob. Attollite portas principes vestras: et elevamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie.

dn̄s fortis ⁊ potens dn̄s potēs ī prelio. Attollite portas principes vr̄as: et elevamini porte eternales ⁊ introibit rex glo̾. Quis est iste rex glorie: dominus virtutū ipe ē rex glo̾. ps. dd.

Ad te dn̄e levavi aīam₃ meam₃ deus meus: ī te ɔfido n̄ erubescam₃. Neq₃ irrideant me inimici mei: et ē universi qui sustinēt te nō ɔfundentur. Non fundantur omēs iniqua agētes sup vacue. Vias tuas dn̄e demōstra m̄ ⁊ semitas tuas edoce me. Dirige me i veritate tua ⁊ doce me: qr tu es ds̄ salutator meus: ⁊ te sustinui tota die. Reminiscere miseracionū tuar̄ dn̄e: ⁊ mīar̄ tuar̄ q̄ a sclō sūt. Delicta iuventutis mee: ⁊ ignorantias meas ne memineris.

Secundū mīam₃ tuam₃ memento mei tu: ꝓp bonitatē tuam₃ dn̄e. Dulcis ⁊ rectus dn̄s ꝓpt̾ hoc legem₃ dabit delinquētibꝫ ī via. Diriget mansuetos ī iudicio: docebit mites vias suas. Universe vie dn̄i mīa ⁊ veritas: requirētibus testamentū eius ⁊ testimonia eī. Propter nom̄ tuū dn̄e: propiciaberis peccō meo: multū est eī. Quis est hō qui timet dn̄m: legem₃ statuit ei ī via quam₃ elegit. Anima eius ī bonis demorabitur: ⁊ semen eius hereditabit terram. Firmamentū est dn̄s timentibus eū: ⁊ testamentū ipsi ut manifestet illis. Oculi mei semp ad dn̄m: qm̄ ipe evellet de laqueo pedes meos. Respice ī me ⁊ miserere mei: qr unicus ⁊ paup sum₃ ego. Tribulationes cordis mei multiplicate st̄. de

necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte universa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speravi in te. Innocentes et recti adheserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel ex omnibus tribulationibus suis. Ps. dav.

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor. Proba me domine et tempta me: ure renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua. Non sedi cum concilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium: et cum impiis non sedebo. Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum domine. Ut audiam vocem laudis tue: et enarrem universa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. Ne perdas cum impiis deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitatis sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingrediar: redime me et miserere mei. Pes meus stetit in directo in ecclesiis benedicam te domine.

Deus in nomine tuo. Ps. dav.

salvum me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me: et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuvat me: et dominus susceptor est

anime mee. Averte mala inimicis m[e]is:
7 i ueritate tua disperde illos. Volunta
rie sacrificabo tibi: 7 ofitebor noi tuo dne
qm bonu e: Qm ex omi tribulatoe eri
puisti me: 7 sr inimicos meos despexit ocls

Confitemini dn[o]mis. **Ps dauid.**
mino qm bonus: qm i sclm mia
eius. Dicat nuc isrl qm bonus: qm in
sclm mia e. Dicat nuc domus aaron:
qm i sclm mia eius. Dicant nuc qui ti
ment dnm qm i sclm mia eius. De tri
bulatoe i uocaui dnm: 7 exaudiuit me in
latitudine dns. Dns m adiutor: 7 no
timebo quid faciat michi ho. Dns m
adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonu est ofidere in dno: quam ofidere in
homine. Bonu e sperare in domino: qm

sperare i pncipibus. Omnes gentes cir
cuierunt me: 7 i nomine dni qr ultus
sum i eos. Circumdantes circumdederunt
me: 7 in nomine dni qr ultus sum i eos.
Circumdederunt me sicut apes 7 exarserunt sic
ignis i spinis: 7 i nomine dni qr ult' sum
in eos. Impulsus euersus sum ut cade
rem: 7 dns suscepit me. Fortitudo mea
7 laus mea dns: 7 fcs est m i salutem. Vox
exultatois et salutis: i tabernaculis iu
stoz. Dextera dni fecit uirtutem. dexte
ra dni exaltauit me: dextera dni fecit uirtute.
Non moriar set uiuam: narrabo opera
dni. Castigans castigauit me dns.
et morti no tradidit me. Aperite michi
portas iusticie ingressus i eas: cofitebor dno
hec porta dni iusti intrabut i eam. Confi

tebor tibi domine quoniam exaudisti me et factus es michi
in salutem. Lapidem quem reprobaverunt edi-
ficantes: hic factus est in caput anguli. A
domino factum est istud: et est mirabile in oculis
nostris. Hec dies quam fecit dominus: exultemus
et letemur in ea. O domine salvum me fac. o domi-
ne bene prosperare: benedictus qui venturus es in
nomine domini. Benediximus vobis de domo domini:
deus dominus et illuxit nobis. Constituite di-
em sollempnem in condensis: usque ad cornu
altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi:
deus meus es tu et exaltabo te. Confite-
bor tibi domine quoniam exaudisti me: et factus es
michi in salutem. Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Ps david.

Beati immaculati in via: qui ambulant
in lege domini. Beati qui scrutantur

testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in viis
eius ambulaverunt. Tu mandasti manda-
ta tua: custodiri nimis. Utinam dirigan-
tur vie mee: ad custodiendas iustificationes
tuas. Tunc non confundar: cum perspexero in
omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi
in directione cordis in eo quod didici iudicia iu-
sticie tue. Iustificationes tuas custodi-
am: non me derelinquas usquequaque. In
quo corrigit adolescentior viam suam: in cu-
stodiendo sermones tuos. In toto corde
meo exquisivi te: ne repellas me a man-
datis tuis. In corde meo abscondi elo-
quia tua: ut non peccem tibi. Benedictus
es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciavi omnia iudi-

cia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diviciis.
In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificacionibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

Retribue servo tuo Ps. [illegible]
vivifica me et custodiam sermones tuos. Revela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. In incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupivit anima mea desiderare iustificaciones tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me obprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisivi. Etenim sederunt principes et adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in iustificacionibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificaciones tue.
Adhesit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum. Vias meas enunciavi et exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificacionum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitavit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amove a me: et de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti michi cor meum.

Symbolum athanasii.

Quicumque vult saluus esse ante omnia
opus est: ut teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisque integram inuiola-
tamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit.
Fides autem catholica hec est: ut unum deum
in trinitate. et trinitatem in unitate ueneremur.
Neque confundentes personas: neque substantiam
separantes. Alia est enim persona patris: alia
filii: alia spiritus sancti. Sed et patris et filii et spiritus sancti
una est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas.
Qualis pater talis filius. talis spiritus sanctus. In-
creatus pater increatus filius. increatus
spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius.
eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni: sed unus
eternus. Sicut non tres increati nec tres im-
mensi: sed unus increatus et unus immensus.
Similiter omnipotens pater. omnipotens filius.

omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omni-
potentes: sed unus omnipotens. Ita deus pater.
deus filius. deus spiritus sanctus. Et tamen non
tres dii sed unus est deus. Ita dominus pater. dominus
filius. dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini
sed unus est dominus. Quia sicut singillatim unam-
quamque personam deum ac dominum confiteri christiana ue-
ritate compellimur: ita tres deos aut dominos
dicere catholica religione prohibemur. Pa-
ter a nullo est factus nec creatus nec genitus.
Filius a patre solo est: non factus nec cre-
atus sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio.
non factus nec creatus nec genitus sed procedens.
Unus ergo pater non tres patres: unus
filius non tres filii: unus spiritus sanctus. non tres
spiritus sancti. Et in hac trinitate nichil prius a-
ut minus: sed tote tres persone coeterne sibi sunt

posterius: nichil maius aut minus. sed to
te tres persone coeterne sibi sunt et coequa
les. Ita ut per omnia sicut iam supra dictum
est. et unitas in trinitate et trinitas in
unitate veneranda sit. Qui vult ergo
salvus esse: ita de trinitate sentiat. Sed
necessarium est ad eternam salutem. ut incarnati
onem quoque domini nostri ihesu christi fideliter cre
dat. Est ergo fides recta: ut credamus
et confiteamur: quia dominus noster ihesus christus dei fi
lius deus et homo est. Deus est ex substantia patris
ante secula genitus: et homo est ex substantia matris in
seculo natus. Perfectus deus perfectus
homo. ex anima rationali et humana carne sub
sistens. Equalis patri secundum divinitatem:
minor patre secundum humanitatem. Qui
licet deus sit et homo: non duo tamen sed unus

est christus. Unus autem non conversione di
vinitatis in carnem. sed assumptione humani
tatis in deum. Unus omnino non confusione substantie.
sed unitate persone. Nam sicut anima ratio
nalis et caro: unus est homo. ita deus et homo unus
est christus. Qui passus est pro salute nostra.
descendit ad inferos: tertia die resurrexit
a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad
dexteram dei patris omnipotentis inde venturus
est iudicare vivos et mortuos. Ad cuius
adventum omnes homines resurgere habent
cum corporibus suis: et reddituri sunt de fac
tis propriis rationem. Et qui bona egerunt
ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem
eternum. Hec est fides catholica quam
nisi quisque fideliter. firmiterque crediderit: sal
vus esse non poterit. An. Alleluia. alleluia. alleluia. Cap.

Regi seculorum immortali et invisibili so
li deo honor et gloria in secula seculorum. amen.
R. Deo gratias. ¶ Istud capitulum dicitur ad pri
mam per totum annum diebus dominicis et festivis.
¶ In ferialibus diebus. antiphona. Beati immaculati
in via qui ambulant in lege domini. Capitulum.
Pacem et veritatem diligite ait dominus
omnipotens. Responsorium breve. Xpiste fili dei vivi. Mi
serere nobis. V. Qui sedes ad dexteram patris. R. Mise
re. V. Gloria patri. R. Xpiste fili. V. Exurge xpiste
adiuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.
Kyrieleison. Xpisteleison. Kyrieleison. Pater noster. V. Et ne nos.
R. Sed libera nos. Simbolum secreto dicendo.
Credo in deum patrem omnipotentem.
creatorem celi et terre. Et in ihesum
xpistum filium eius unicum. dominum nostrum. Qui
conceptus est de spiritu sancto. natus ex maria

virgine. Passus sub poncio pylato.
Crucifixus mortuus et sepultus. De
scendit ad inferna tercia die resurrexit a mor
tuis. Ascendit ad celos sedet ad dexte
ram dei patris omnipotentis. Inde venturus
est iudicare vivos et mortuos. Credo
in spiritum sanctum. sanctam ecclesiam catholicam sanctorum co
munionem remissionem peccatorum. Carnis
resurreccionem. Vitam eternam. amen. V. Ego
ad te domine clamavi. R. Et mane oracio mea preve
niet te. V. Repleatur os meum laude. R. Ut cantem
gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. V. Domine a
verte faciem tuam a peccatis meis. R. Et omnes iniqui
tates meas dele. V. Cor mundum crea in me deus.
R. Et spiritum rectum innova in visceribus meis. V. Ne pro
icias me a facie tua. Et spiritu principali confirma
me. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui

℟. Et spm scm tuu ne auferas a me. ℣. Redde michi leticiam salutaris tui. ℟. Et spu principali confirma me. ℣. Adiutoriu nrm i noie dni. ℟. Qui fecit celu 7 terra. De tri

Confiteor deo oipotenti fit confessio. patri filio 7 spui sco bte marie semper virgi. beatissimis apostolis dei petro 7 paulo. 7 bto francisco ludouico 7 augustino. 7 oibz scis 7 tibi patri. me grauiter peccasse p superbiam i lege dei mei. multa mea mala. cogitacioe. delectacioe. omissione consensu uerbo 7 ope. mea culpa mea culpa mea maxia culpa. Ideo pcor btissimam 7 gloriosam virgine mariam. btissimos apostolos petru 7 paulu. btm franciscu ludouicu 7 augustinu. et omes scos 7 scas dei 7 te patre orare pro me. Misereatur

nri ul tui omips deus 7 dimissis oibus pecis nris. ul tuis. pducat ul nos ad uitam etnam amen. Indulgentiam 7 absolutioem oium peccatorum nror tribuat nob omips 7 misericors dns. ℟ Amen. ℣. Dignare dne die isto. ℟. Sine pecco nos custodire. ℣. Misere nostri dne. ℟ Miserere nri. ℣. Fiat dne misericordia tua sr nos. ℟. Queadmodu sperauimus i te. ℣. Dne exaudi. ℟. Et clamor.

Oro. Omps ds omips qui ad prin cipiu hui9 diei nos puenire fecisti: tua nos hodie salua uirtute ut in hac die ad nullu declinemus pccim. Sed semper ad tua iusticiam faciendam nra procedant eloquia dirigant simul cogitationes 7 opa. P dnm nrm. ℣. Dne exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Benedicamus dno. ℟. Deo gras.

¶ Preces supradicte dicuntur ad primam per to
tum annum diebus dominicis 7 festis ex
ceptis duplicibus festis. Post ver
siculum. statim sequitur silet. Exurge.
Exurge xpe adiuva nos. Statim sequitur V. Domine ex
audi oracionem meam. R. Et clamor meus. ut V. Dominus
vobiscum. cum Oracione. Domine deus omnipotens. In fine
post Benedicamus domino. Sequitur V. Preciosa
in conspectu domini mors. R. Omnium sanctorum eius. De in de
Sancta maria 7 absolute dicitur sine oremus
omnes sancti intercedant pro nobis ad dominum.
ut mereamur ab eo adiuvari 7 salvari. Qui
vivit 7 regnat in secula seculorum. R. Amen. V. Deus
in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuvandum
me festina. Post V. Gloria patri. R. Sicut erat. Kyrieleison.
Xpisteleison. Kyrieleison. Pater noster. V. Et ne nos. R. Sed libera
nos. V. Respice in servos tuos 7 in opera tua domine et di

rige filios eorum. R. Et sit splendor domini dei nostri
super nos. 7 opera manuum nostrarum dirige super nos. et opus
manuum nostrarum dirige. V. Gloria patri. R. Sicut erat.
Dirigere 7 sanctificare regere Oremus.
7 gubernare dignare domine deus rex
celi 7 terre: hodie corda 7 corpora nostra sensus
sermones 7 actus nostros. in lege tua 7 in ope
ribus mandatorum tuorum: ut hic 7 in eternum te
auxiliante. salvi 7 liberi esse mereamur. salvator
mundi. Qui vivis 7 regnas. De in de. Iube
domine benedicere. R. Dies 7 actus nostros in sua pace
disponat dominus omnipotens. R. Amen. Lectio.
Dominus autem dirigat corda et corpora n
ostra in caritate dei 7 in paciencia xpi.
Tu autem domine. ¶ Hec lectio semper dici
tur ab solutione Capituli tam in feri
alibus. quam in dominicis diebus. ab

octava epyphanie. usq; ad dominica
septuagesime. et a septuagessima i fe
rialibus diebus. usq; ad prima do
minica. quadragessime. Et ab octa
va penthecostes tā i dñicis quam in
ferialibus diebus usq; ad adven
tum. Versus. Versus. Ad iutoriū nrm
in noie dñi. R. Qui fecit celū ⁊ ter̄. V. Bñdi
cat. deus. R. Deus. Benedictio.

Dns nos bñdicat ⁊ ab oī malo de
fendat ⁊ ad vitā pducat etnā. amē.
Fideliū anime p miām dei requiescāt i pace. R. Amē.
Preciosa i ꝯspectu dñi. Dicitur modo pdco
p totū annū. Ps̄ le᷑ q̄ aliquādo mutat
Infras Iam lucis orto sydē. añ Bī qui
ambulant. Ps. Deus i noie tuo. Ps. Beati i
maculati. Ps. Retribue. Capit. Pacē et

veritatē. Vt sup̄ notatū ad p̄. de dñica.
Xp̄e fili dei uiui. Kyriel. Pater noster. ⁊ credo.
Secreto dicit̄. ut s̄. i fine V. Carnis resur
rectōē. R. Vitā etnā amē. V. Ego ad te dñe
clamaui. R. Et mane. V. Repleat̄. R. Vt
cantē. V. Dñe. R. Et os. V. Cor mūdū. R.
Et spm. V. Ne picias. R. Et spm scm. V.
Redde. R. Et spū pncipali ꝯfirma me. V. Eri
pe me dñe ab hoie malo. R. A uiro iniquo eripe
me. V. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ. R. Et
ab insurgentibus inme libera me. V. Eripe me
de opantibus iniquitatē. R. Et de uir̄ sanguinū
salua me. V. Sic psalmū dicā noi tuo i sclm scli.
R. Vt reddā uota mea de die i diē. V. Ex
audi nos deꝰ salutaris nr̄. R. Spes oīū finiū
tre ⁊ i mari longe. V. Deus i ad iutoriū meū i
tende. R. Dñe ad adiuuandū me festina. V.

Sc̄s d̄s sc̄s fortis sc̄s ⁊ imortalis. ℟. Miserere
nob. ℣. Bn̄dic aīa mēa dn̄o. ℟. Et oīa que i
tra me sūt noī sc̄o eius. ℣. Bn̄dic aīa mēa dn̄o.
℟. Et noli obliuisci oēs retributiōes ei⁹. ℣. Qui
ꝓpiciat' omib⁹ iniquitatib⁹ tuis. ℟. Qui sanat
omnes ifirmitates tuas. ℣. Qui redimit de in
teritu vitā tuā. ℟. Qui coronat te i mīa ⁊ mi
seratioib⁹. ℣. Qui replet i bonis desideriū tuū.
℟. Renouabit' ut aquile iuuētus tua. ℣. Adiu
toriū nostrū i noie dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊ trā.
Hic fit cōfessio. Confiteor deo omi
potenti. Misereat' Indulgentiā. ℣. Digna
re dn̄e die isto. ℟. Sine peccto. ℣. Miserere
℟. Miserere. ℣. Fiat mīa ℟. Dn̄e ad modū.
℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et clamō meus. Ps.
Miserere. to tū. cū. Gl'a pr̄i. ℟. Sic erat.
℣. Dn̄e d̄s uirtutū conuerte nos. ℟. Et ostende

faciē tuā ⁊ salui erim⁹. ℣. Exurge xp̄e adiuua nos.
℟. Et libera nos ꝓpt' nomē tuū. ℣. Dn̄e exaudi.
℟. Et clamor. Or̄o. Dn̄e d̄s omipotens.
Notandū q' psalmis sup' dc̄i dicūt'
ad p'mā i dn̄icis dieb⁹ ꝑ totū annū. pret'
q̄ a pasca usq; apentecosten que dicun
tur psalmis consueti. que dicuntur f'
psalmis consueti. Scilicet. psalmus.
Ps. D̄s i noie tuo. Ps. Bti imaculati. Ps. Re
tribue s'uo tuo. Et i fine dicitur. sym
bolum. Quicūq; uult saluus esse. Eti
am q' a lx'x. usq; ad pasca dicitur ad p'
mam Ps. Dn̄s regnauit decorem. Laude.
Ps. Confitemini. Itē ps' saluus sup'
dicti. s. Ps. Deus i noie tuo. Ps. Bti i macu
lati. Ps. Retribue s'uo. Dicūt' ad p'mā cu
iuslibet festi. etiā si i dn̄ica uenerit.

T[em]p[or]e quadragessime. d[icitu]r ad primã in ferialibus diebus usque ad do minicam de passione[m] hec antipho na. Viuo. Ego. Viuo ego dicit d[omi]n[u]s. nolo morte[m] peccatoris set magis [con]u[er]tat[ur] [et] viuat.
Dominica de passione usq[ue] ad feria[m] iiii maioris ebdomade. ad p[ri]mã i ferialib[us] d[icitu]r a[ntiphona]. Libera me d[omi]ne [et] pone me iuxta te [et] cuius uis manus pugnet [contr]a me. Notã d[omi]n[u]m q[uod] sup[ra] dc[tu]m p[ro]cess[us] cu[m] c[apitul]o Pacem [et] ueritate[m]. dicitur ad p[ri]mã i ferialib[us] diebus p[er] to tu[m] ãnu[m]. p[re]t[er] ab octa[va] resurrectio[n]is. usque ad octa[vam] pentecosten. Ad p[ri] ma[m] T[em]p[or]e ad ueni[us] absolu[cione] Capituli.
Domine miserere n[ost]ri te e[nim] expectamus esto brachiu[m] n[ost]r[u]m i[n] mane et salus n[ost]ra i[n] t[em]p[or]e tribulacio[n]is. Tu aut[em]. D[icitu]r i feri alibus diebus usq[ue] ad vigilia[m] nat[ivitatis] d[omi]ni. Ad p[ri]mã T[em]p[or]e. lx[x]e. absolucio[n]e cap[itulum].
Querite d[omi]n[u]m du[m] i[n]ueniri potest i[n] uocate eu[m] du[m] prope est. Et d[icitu]r u[squ]e ad d[omi]nica[m] de passio[n]e. i ferialib[us] dieb[us]. T[em]p[or]e passio[n]is. ad ab solucione. Ca[pitulum].
Faciem meã no[n] a[uer]ti ab i[n]crepantib[us] [et] [con]spuentib[us] i[n] me d[omi]ne deus auxiliator m[eu]s [et] ideo no[n] sum [con]fusus. Tu aut[em]. Et d[icitu]r usq[ue] feria[m] iiii maioris ebdomade. In ferialib[us] dieb[us]. T[em]p[or]e pascali ad absolucio[n]e. Ca[pitulum].
Si [con]surrexistis cu[m] xpo q[ue] s[ur]su[m] sunt querite. ubi xpc e[st] i[n] dextra dei sede[n]s que s[ur]su[m] sunt sapite. n[on] q[ue] sup[er] t[er]ra[m]. Et dicitur usq[ue] ad ascensio[n]e[m] tam i[n] do minicis q[uam] i[n] feriis. nisi sit festum.

Ad terciam ymnus.

Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio dignare promptus ingeri nostro refusus pectori. Os lingua mens sensus vigor confessione personent: flammescat igne caritas: accendat ardor proximos. Presta pater piissime patrique compar unice cum spiritu paraclito regnans per omne seculum. Amen. Hymnus iste dicitur per totum annum in tertiis nisi in pentecosten que dicitur ymnus Veni creator spiritus. Per totam octavam loco Nunc sancte nobis spiritus. Tempore .xl. ant. Advenerunt nobis. Tempore passionis ant. Iudicasti domine. Tempore pascali ant. Alleluia. In dominicis diebus ant. Alleluia. In ferialibus diebus ant. Deduc me domine in semitam. Psalmus David.

Legem pone michi domine viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper. Da michi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua: et non in avaritiam. Averte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me. Statue servo tuo eloquium tuum: in timore tuo. Amputa obprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda. Ecce concupivi mandata tua: in equitate tua vivifica me. Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus michi verbum: quia speravi in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis

usque quaque: quia in iudiciis tuis super
speravi. Et custodiam legem tuam
semper: in seculum et in seculum seculi. Et ambula
bam in latitudine: quia mandata tua exqui
sivi. Et loquebar de testimoniis tuis
in conspectu regum: et non confundebar. Et me
ditabor in mandatis tuis: que dilexi. Et
levavi manus meas ad mandata tua que
dilexi: et exercebor in iustificationibus
Memor esto ubi tuis. Ps. cxl.
tui servo tuo: in quo michi spem dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia
eloquium tuum vivificavit me. Superbi in
que agebant usque quaque: a lege autem tua
non declinavi. Memor fui iudiciorum tu
orum a seculo domine. et consolatus sum. Defec
tio tenuit me: pro peccatoribus derelinquen

tibus legem tuam. Cantabiles michi erant
iustificationes tue: in loco peregrinatio
nis mee. Memor fui nocte nominis
tui domine: et custodivi legem tuam. Hec
facta est michi: quia iustificationes tuas exquisi
vi. Portio mea domine: dixi custodire le
gem tuam. Deprecatus sum faciem tuam
in toto corde meo: miserere mei secundum elo
quium tuum. Cogitavi vias meas: et
converti pedes meos in testimonia tua. Pa
ratus sum et non sum turbatus: ut cu
stodiam mandata tua. Funes pecca
torum circumplexi sunt me: et legem tuam non
sum oblitus. Media nocte surgebam
ad confitendum tibi: super iudicia iustifica
cionis tue. Particeps ego sum omnium
timentium te: et custodientium mandata t

tua. Misericordia tua dñe plena ē t(er)ra: iustificationes tuas doce me. Ps david.

Bonitatem fecisti cū servo tuo dñe: secūdum verbū tuū. Bonitatē et disciplinā et scientiam doce me: qr i mandatis tuis credidi. Priusquā humiliarer ego deliqui: propterea eloquiū tuū custodivi. Bonus es tu: et i bonitate tua doce me iustificaciones tuas. Multiplicata est sup me iniquitas sup(er)bor: ego aūt i toto corde scrutabor mandata tua. Coagulatū ē sicut lac cor eor: ego vo legem tuā meditat' sū. Bonū m̄i qr humiliasti me: ut discam iustificationes tuas. Bonū m̄i lex oris tui: sup milia auri et argenti. Manus tue dñe fecerūt me et plasmaverūt me: da michi itellectū ut

discam mandata tua. Qui timent te videbūt me et letabūtur: qr i verbo tuo sup speravi. Cognovi dñe qr equitas iudicia tua: et i v(er)itate tua humiliasti me. Fiat m̄ia tua ut ꝯsolet' me: s(ecundu)m eloquiū tuū s(er)vo tuo. Veniant m̄i miserationes tue et vivā: qr lex tua meditatio mea est. Confundant' sup(er)bi qr iniuste iniquitatē fecerūt i me: ego aūt exercebor i mandatis tuis. Convertant' michi timētes te et q noverūt testimōia tua. Fiat cor meū imaculatū in iustificatiōibus tuis: ut nō ꝯfundar. Dñica quadrage. an. Advenerunt nob' dies penitētie ad redimēda peccata et salvādas aīas.

Convertimini ad me i toto corde vrō i ieiunio fletu et planctu et scindite corda vr̄a et nō vestimēta vr̄a aut . Capl'm.

dn̄s omīps. ℟. Deo gr̄as. ℟br. Ip̄se liberauit
me. De laqueo uenantiū. ℣. Et a uerbo aspero.
℟. De laq̄o. ℣. Glīa pri. ℟. Ip̄se. ℣. Scapulis
suis obūbrabit tibi. ℟. Et sb penis ei' sperabis.
¶ Capl'a sup̄ scripta an̄ p horas nō
mutant̄ in ferialib' dieb'. us̄ ad dn̄ica
d' pass. ¶ Feria .ii. p' dn̄icā d' pass. ad iii.
Iudicasti dn̄e causā aīe mee defensor uite mee.

Domine oīs qui te derelinquunt Cap̄.
confundant̄. 7 recedētes a te i terram
scribent̄. qm̄ dereliq̄rūt uenā aq̄r uiuētiū
dn̄m. ℟. Deo gr̄as. ℟br. Erue a framea.
℣. Deus aīā meā. ℟. Et de manu canis uni
cā meā. ℟. Deus aīā. ℣. Erue. ℟. Ds. ℣. De
ore leonis libā me dn̄e. ℟. Et a cornibus uni
cornuū humilitatē meā. ¶ Capl'a sr̄. dn̄i
dn̄e semp sr̄ dco in̄ i feriali officio us̄ ad
feriā q̄rtā maioris ebdomāde. An̄ u'o p ho
ras dn̄e tn̄ us̄ ad dn̄icā i palmis. In ad
uētu ad .iii. a. q̄ cōpetit In laudib'. Capl'm.

Ecce dies ueniūt dicit dn̄s 7 suscitā
bo dauid germē iustū 7 regnabit rex
7 sapiens erit 7 faciet iudiciū 7 iusticiā
i terrā. ℟br. Ueni ad liberādū nos. ℣. Dn̄e ds̄
uirtutū. ℟. Ostende faciē tuā 7 salui erimus.
℣. Dn̄e. ℣. Glīa pri. ℟. Ueni. ℣. Timebūt
gentes nomē tuū dn̄e. ℟. Et oīs reges t're
gl'iā tuā. ¶ Capl'a sr̄. dcā. dn̄s sup̄ dco
in̄ i feriali officio p ordinē sic i p'ma dn̄i
ca. n̄i occurrerit festū. ¶ In dn̄icis di
ebus. ad .iii. an̄. All'a. all'a all'a. Capl'm.

Deus caritas ē. 7 qui manet in
caritate i deo manet 7 ds̄ i eo.
℟br. Inclina cor meū ds̄. In testimonia tua.

℣. Averte oculos meos ne videant vanitatem in via
tua vivifica me. ℟. In. ℣. Gloria. ℟. Inclina. ℣.
℟. Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana animam mei
quia peccavi tibi. Capitula super dicta et brevia
ria dicuntur per ordinem in dominicis diebus ab octa
pentecostes usque ad adventum et ab octa epyphanie usque ad
primam dominicam xl. Super dicto tempore in ferialibus
bus diebus a tercijs. ant. Deduc me domine
in semitam mandatorum tuorum. Capitulum.

Sana me domine et sanabor salvum me fac
et salvus ero quoniam laus mea tu es.
℟. br. Sana animam meam. Quia peccavi tibi. ℣.
Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana. ℣. Gloria patri.
℟. Sana. ℣. Adiutor meus esto ne derelinquas me.
℟. Neque despicias me deus salutaris meus. Kyriel.
Xpel. Kyriel. Pater noster. Secreto. ℣. Et
ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Ego dixi domine miserere

mei. ℟. Sana animam meam quia peccavi tibi. ℣. Convertere domine
usquequo. ℟. Et deprecabilis esto super servos tuos. ℣. Fi
at misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum speravi
mus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iusticiam. ℟. Et
sancti tui exultent. ℣. Domine salvum fac regem. ℟. Et ex
audi nos in die qua invocaverimus te. ℣. Salvum fac
populum tuum domine et benedic hereditati tue. ℟. Et re
ge eos et extolle illos usque in eternum. ℣. Memento
congregationis tue. ℟. Quam creasti ab initio possedisti
ab initio. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et habun
dantia in turribus tuis. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem eternam. ℣. Requiescant. ℟. Amen. ℣.
Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Salvos fac servos
tuos et ancillas tuas deus meus sperantes in te. ℣. Pro
afflictis et captivis. ℟. Libera eos ex omnibus tribulatio
nibus suis. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto.
℟. Et de syon tuere eos. ℣. Domine exaudi. ℟. Et

clamor meus. Ps. Miserere mei deus. In ma
tutinis dr. De profundis. ¶ Nota
quod preces super dicte dicuntur per totum annum in feri
ali officio. ad matutinum iij. vj. ix. et in
vesperis. preterquam in tempore a[n]i pasce et in tempore pa
sce et pentecostes. ¶ Ad sextam. ymnus.

RECTOR POTENS verax deus qui
TEMPERAS rerum vices. splendore
MANE INSTRUIS et ignibus meridiem. Extingue
flammas litium aufer calorem noxium. confer
salutem corporum veramque pacem cordium. Pre
sta pater piissime patrique compar unice cum spiritu
paraclito regnans per omne seculum. Amen. In domini
cis diebus. an. Alleluia. In ferialibus diebus. a.

Adiuva me domine. Tempore quadragesime an. Co
mendemus nos metipsos. Tempore passionis an.
Popule meus. ¶ Psalmus david.

Defecit in salutare tuum anima mea et
in verbum tuum supersperavi. Defece
runt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando
consolaberis me. Quia factus sum sicut uter in
pruina: iustificationes tuas non sum
oblitus. Quot sunt dies servi tui: quando
facies de persequentibus me iudicium.
Narraverunt mihi iniqui fabulationes:
sed non ut lex tua. Omnia mandata
tua veritas: iniqui persecuti sunt me ad
iuva me. Paulominus consummaverunt
me in terra: ego autem non dereliqui mandata
tua. Secundum misericordiam tuam vivifica
me: et custodiam testimonia oris tui.

In eternu dne: verbu tuu permanet i celo. In generacione et gnacione veritas tua: fundasti terra et pmanet. Ordinacione tua pseverat dies: qm omia serviut tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem i humilitate mea. In etnu no obliviscar iustificaciones tuas: qr i ipis vivificasti me. Tuus sum ego salvu me fac: qm iustificaciones tuas exquisivi. Me expectaverut peccatores ut perderent me: testimonia tua itellexi. Omis osumacois vidi fine: latu mandatu tuu nimis. ps. xcl.

Quomodo dilexi lege tua dne: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudete me fecisti mandato tuo: qr i etnu michi est. Sup

omes docetes me itellexi: qr testimoia tua meditatio mea e. Sup senes itellexi: qr mandata tua quesivi. Ab omni via mala phibui pedes meos: ut custodia verba tua. A iudiciis tuis no declinavi: qr tu lege posuisti mi. Qua dulcia faucibus meis eloquia tua: sup mel ori meo. A mandatis tuis itellexi: propterea odivi omne via iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbu tuu: et lume semitis meis. Iuravi et statui: custodire iudicia iusticie tue. Humiliatus sum usquequaq dne: vivifica me sm verbu tuu. Voluntaria oris mei beneplacita fac dne: et iudicia tua doce me. Aia mea i manibus meis semp: et lege tua no su oblitus. Posuerut peccatores la

quem mihi : et de mandatis tuis non erravi.
Hereditate acquisivi testimonia tua
in eternum : quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinavi cor meum ad faciendas
iustificationes tuas in eternum : propter retributionem.
Iniquos odio habui : Ps. dcl.
et legem tuam dilexi. Adiutor et
susceptor meus es tu : et in verbum tuum
super speravi. Declinate a me maligni :
et scrutabor mandata dei mei. Suscipe
me secundum eloquium tuum et vivam : et non confundas me ab expectatione mea. Adiuva
me et salvus ero : et meditabor in tuis
iustificationibus semper. Sprevisti omnes discedentes a iudiciis tuis : quia iniusta
cogitatio eorum. Prevaricantes reputavi omnes peccatores terre : ideo dilexi te

stimonia tua. Confige timore tuo carnes meas : a iudiciis enim tuis timui. Feci iudicium et iustitiam : non tradas me calumpniantibus me. Suscipe servum tuum in
bonum : non calumpnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum : et in eloquium
iustitie tue. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : et iustificationes tuas doce me.
Servus tuus sum ego : da mihi intellectum
ut sciam testimonia tua. Tempus faciendi domine : dissipaverunt legem tuam. Ideo
dilexi mandata tua : super aurum et topazion. Propterea ad omnia mandata
tua dirigebar : omnem viam iniquam odio
habui. Tempore adventus ad vi. Capitulum.
In diebus illis salvabitur iuda et israel
habitabit confidenter. et hoc est nomen quod

uocabit eu ds' iustus nr. Rbr. Ostende nob
dne. Mia tua. V. Et salutare tuu da nob.
Mia. V. Gla pri. R. Ostende. V. Memeto
nri dne i beneplacito pp tui. R. Visita nos i salutari
tuo. Tpe quadrag ad vi. a. Comendemus
nos metipos i multa paciencia i ieiuniis mltis per
ma iusticie. Capitulum.

Derelinquat impius uia sua. 7 uir
iniquus cogitationes suas. 7 reu
tat ad dnm 7 miserebit ei. 7 ad dm nrm qm
mlt est ad ignoscendu. Rbr. Scapulis suis.
Obumbrabit tibi. V. Et sub pennis eius sperabis. R.
Ob. V. Gla pri. R. Scapulis. V. Scuto cir
cudabit te ueritas ei. R. Non timebis a timore
nocturno. Tpe passionis. an. Popule meus
qd feci tibi aut qd molestus fui tibi responde m.
Ad sextam. Capitulu.

Confundantur qui me persequuntur 7 non co
fundar ego. paueant illi 7 non paueam
ego. i duc sup eos diem afflictionis 7 dup
lici contricione contere eos dne ds nr. Rbr.
De ore leonis. Libera me dne. V. Et a cornibus unicor
nium humilitatem meam. R. Libera. V. Gla pri. R.
De ore. V. Ne perdas cu impiis ds aiam meam.
R. Et cu uiris sanguinu uita mea. Tpe pa
scali. antiph. Alla. alla. alla. Capitulu.

Xps resurgens a mortuis primicie dor
mientiu qm quidem p hoiem mors
7 p hoiem resurreccio mortuor. 7 sic i adam oes
moriunt ita et i xpo oes uiuificabunt. Rb Sur
rexit dns uere alla. alla. V. Et apparuit symoni.
R. Alla. V. Gla pri. R. Surrexit. V. Gauisi
sunt discipuli alla. R. Viso dno alla. In dnicis
dieb. ad. sextam ant. Alla. alla. alla. In

dominicis diebus añ. Alla. alla. alla. Ca

Lter alteri' honera portate. pslm. et sic adimplebitis legem xpi.
R br. In eternũ dñe. Permanet ũbũ tuũ. V. In
sclm scli ũitas tua. R Per. V. Glã pri. R In e
ternũ. V. Dñs regit me ₇ nichil mi deerit. R. In
loco pascue ibi me collocauit. In ferialibus
dieb' a. Ad iuua me ₇ saluus ero dñe. Caplm.
Alter alteri'. ut s. R br. Benedicam dñm
i oi tpe. V. Semp laus ei' i ore meo. R. In. V.
Glã pri. R. Bñ. V. Dñs regit. R In. Ad
nonam ymnus

RERUM DE
us tenax uigor i mot'
IN TE PER
manẽs. lucis diurne te
pa successib' determinans. Largire clar

ue ₇ quo uita nusq3 decidat. & premiũ
mortis sacre ꝑhẽnis i stet glã. Pr̃a pr.
añ. Pn aurũ iusticie. añ. Illũic q̃s reddit. añ.
Alla. añ. Alleluya. añ. Aspice i me. ps. cxl.

Mirabilia testimonia tua: ideo scru
tata est aĩa mẽa. Declaratio ser
monũ tuor illuiat ₇ i tellectũ dat par
uulis. Os meũ aperui et attraxi spm:
q2 mandata tua desiderabã. Aspice i
me ₇ mise're mei: sm iudiciũ diligentiũ
nom̃ tuũ. Gressus meos dirige sm
eloquiũ tuũ: ₇ nõ dñet' mei ois iniusticia.
Redime me a caluniis hoim: ut cu
stodiã mãdata tua. Faciẽ tuã illuia
sup seruũ tuũ: ₇ doce me iustificaciones
tuas. Exitus aquar deduxerũt ocu
li mei: q2 nõ custodierũt legem tuam.

Iustus es domine et rectum iudicium tuum. Mandasti iusticiam testimonia tua: et veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer: et servus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iusticia tua iusticia in eternum: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia invenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da michi et vivam. Psalmus david.

Clamavi in toto corde meo exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamavi ad te salvum me fac: ut custodiam mandata tua. Preveni in maturitate et clamavi: quia in verba tua supersperavi.

Prevenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum vivifica me. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognovi de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea. Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum et redime me: propter eloquium tuum vivifica me. Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum vivifica me. Multi qui persequuntur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prevaricantes et tabescebam:

q̄ꝛ eloquia tua nō custodierūt. Vide q̄m
mādata tua dilexi dn̄e: in mīa tua viui
fica me. Principiū verboꝝ tuoꝝ ve
ritas: ī etn̄um omnia iudicia iusticie tue.
Principes persecuti sūt me Ps.
gratis: ⁊ a u̾bis tuis formidauit
cor meū. Letabor ego sup̄ eloquia
tua: sic̄ qui īuenit spolia multa. Ini
quitatē odio hūi ⁊ abhominatus sū:
legē aūt tuā dilexi. Septies ī die
laudē dixi tibi: sup̄ iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legē tuā:
et nō ē illis scandalū. Expectabam
salutare tuū dn̄e: ⁊ mādata tua dilexi.
Custodiuit aīa mea testimonia tua
⁊ dilexi ea vehemēt̄. Seruaui mandata
tua ⁊ testimoīa tua: q̄ꝛ omēs vie mee ī

cōspectu tuo. Appropinquet depreca
tio mā ī cōspectu tuo dn̄e: iuxta eloquiū
tuū: da michi ītellectū. Intret po
stulatio mā ī cōspectu tuo: sc̄m eloquiū
tuū eripe me. Eructabūt labia mea
ymnū: cū docueris me iustificaciones
tuas. Pronūciabit lingua mea elo
quiū tuū: quia oīa mādata tua equitas.
Fiat manus tua ut saluet me: q̄m
mādata tua elegi. Concupiui salu
tare tuū dn̄e: ⁊ lex tua meditatio mā
est. Viuet aīa mea ⁊ laudabit te:
⁊ iudicia tua adiuuabūt me. Erraui
sic̄ ouis que periit: quere s̄uū tuū dn̄e
q̄ꝛ mādata tua nō sū oblitus. Cap̄.
Prope ē aduentus. ad iii. Cap̄.
ut veniat tp̄s ei᷒ ⁊ dies ei᷒ nō elon

gaudebit misrebitur et deus iacob et israel saluabitur. Rbr. Super te ierusalem. Orietur dominus. V. Et gloria eius in te uidebitur. R. Orietur. V. Gloria patri. R. Domine deus uirtutum conuerte nos. R. Et ostende faciem tuam et salui erimus. ¶ Tempore quadragesime. an.

Per arma iusticie uirtutis dei commendemus nos met ipsos in multa paciencia. Capitulum.

Frange esurienti panem tuum et egenos uagosque induc in domum tuam. cum uideris nudum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Rbr. Scuto circumdabit te. ueritas eius. V. non timebis a timore nocturno. V. Veritas. V. Gloria. R. Scuto. V. Angelis suis deus mandauit de te. R. Vt custodiant te in omnibus uiis tuis. Tempore passionis. antiphona. Malum quid redditur pro bono malum quia foderunt foueam anime mee. Capitulum.

Recordare quod steterim in conspectu tuo ut loquerer pro eis bonum et auerterem indignacionem tuam ab eis. Rbr. Ne perdas cum impiis deus animam meam. V. Et cum uiris sanguinum uitam meam. R. Deus animam. R. Ne perdas. Deus. V. Eripe me domine ab homine malo. R. A uiro iniquo eripe me. Tempore pascali. anti. Alleluia. alleluia. alleluia.

Xpistus semel pro peccatis nostris Capitulum. mortuus est iustus pro iniustis ut nos offerret deo mortificatos quidem carne uiuificatos autem spiritu. Rbr. Gauisi sunt discipuli. Alleluia. alleluia. V. Viso domino. R. Alleluia. V. Gloria. R. Gauisi. V. Mane nobiscum domine alleluia. R. Quoniam aduespera sit alleluia. ¶ In dominicis diebus an. Alleluia. alleluia. alleluia.

Empti estis precio magno Cap. glorificate et portate deum in corpore uestro. Rbr. Clamaui in toto corde meo. Exaudi me domine. V. Iustificaciones tuas requiram. R. Exaudi. V.

Gloria. R. Clamaui. V. Ab occultis meis munda
me domine. R. Et ab alienis parce servo tuo.
In ferialibus diebus. an. Aspice in me et miserere
mei domine. Capitulum. Empti enim estis. ut supra. Rb.
Redime me domine. Et miserere mei. V. Pes
enim meus stetit in via recta. R. Et. V. Gloria. R. Re.
V. Ab occultis. R. Et ab alienis. Tempore pa
schali. ad iii. an. Alleluia. alleluia. alleluia. Capitulum.
Christus resurgens ex mortuis iam non mo
ritur mors illi ultra non dominabitur.
Quod enim mortuus est peccato mortuus est se
mel. quod autem vivit vivit deo. Rb. Sur
rexit dominus de sepulcro. Alleluia. alleluia. V. Qui pro
nobis pependit in ligno. R. Alleluia. V. Gloria. V.
Surrexit dominus vere alleluia. R. Et apparuit Symoni
alleluia. Ad vesperas Tempore pascali. In
dominicis diebus. an. Dixit dominus. Ps. dcl.

DIXIT DOMI
nus domino meo sede a
DEXTRIS
meis. Donec ponam
INIMICOS
tuos: scabellum pedum tuorum. Virgam vir
tutis tue emittet dominus ex syon: dominare
in medio inimicorum tuorum. Tecum princi
pium in die virtutis tue in splendoribus
sanctorum: ex utero ante luciferum genui te. Iu
ravit dominus et non penitebit eum: tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchysedech
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire
sue reges. Iudicabit in nationibus
implebit ruinas: conquassabit capita multo
rum in terra multorum. De torrente in via bibit:
propterea exaltabit caput. an. Dixit dominus domino

sede a dextris meis. Añ. Fidelia omnia. Ps dd.

Confitebor tibi dñe i toto corde i
meo: i ɔsilio iustor 7 ɔgregatiõe.
Magna opa dñi: exqsita i omẽs volu
tates eius. Confessio 7 magnificẽtia
opus eius: et iusticia eius manet i sclm scli.
Memoriam fecit mirabiliũ suor: mise
ricors 7 misator dñs: escã dedit timẽtib;
se. Memor erit i sclm testamẽti sui: virtu
tẽ oper suor annũciabit pplo suo. Ut
det illis hereditatẽ gentiũ: opa manuũ
eius veritas 7 iudiciũ. Fidelia omĩa mã
data eius: ɔfirmata i sclm scli: fca i verita
te 7 equitate. Redẽptiõez misit pplo suo:
mãdauit i etnũ testamẽtũ suũ. Sanctũ
7 terribile nomẽ eius: initiũ sapientie timor
dñi. Intellectus bonus oĩb; facientib;

eum

eum laudatio eius manet i sclm scli.
Añ. Fidelia omĩa mandata eius ɔfirmata i se
culũ seculi. Añ. In mandatis. Ps david.

Beatus vir qui timet dñm: in
mandatis eius volet nimis.
Potens i terra erit semen eius: ge
neratio rector bñdicetur. Gloria et di
uitie i domo eius: 7 iusticia eius manet i
sclm scli. Exortũ est i tenebris lumẽ
rectis: misericors 7 misator 7 iustus.
Iocundus homo qui miseretur 7 co
modat: disponet sermones suos i iudi
cio: qz i etnũ nõ commouebitur. In
memoria etna erit iustus: ab auditiõe
mala nõ timebit. Paratũ cor eius
spare i dño: ɔfirmatũ est cor eius: nõ
ɔmouebit donec despiciat inimicos s

suos. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur: dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit. an. In mandatis eius cupit nimis. an. Sit nomen domini. Ps.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in seculum. A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit

sterilem in domo: matrem filiorum letantem. an. Sit nomen domini benedictum in secula. an. Nos qui vivimus. Ps. david.

In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis conversus est retrorsum. Montes exultaverunt ut arietes: et colles sicut agni ovium. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia conversus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes et colles sicut agni ovium. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui convertit petram in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua et veritate tua: ne quando

do dicant gentes ubi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecumque voluit fecit. Simulacra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum. Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus israel speravit in domino: adiutor eorum et protector eorum est. Domus aaron speravit in domino adiutor eorum et protector eorum est. Qui timent dominum speraverunt in domino: adiutor eorum et protector eorum est. Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit

domui aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus. Adiciat dominus super vos: super vos et super filios vestros. Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum celi domino: terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui vivimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in seculum. an. Nos qui vivimus benedicimus domino. ¶ Tempore paschali. an. Alleluia. alleluia. alleluia. paschali. capitulum.

Benedictus deus et pater domini nostri yhesu christi pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. Deo gratias. ymnus.

Lucis creator optime lucem dierum proferens: primordiis lucis nove

mūdi parans originē. Qui mane
iūctū uesperi: diem uocari precipis:
tetrū chaos illabi: audi preces cū
fletibꝰ. Ne mēs grauata crimine.
uite sit exul munere: dū nil ꝑ bene co
gitat. sesēq; culpis illigat. Celorū
pulset intimū: uitale tollat premiū:
uitem' omīe noxiū: purgemus omē
pessimū. Presta pr̄ piissime. V. Dirigat'
dn̄e ōrō mea. R. Sicut incensū ī ↄspectu tuo.
¶ Sup̄ dictū offiń dī semꝑ in dnī
cis diebꝰ ī scd'is uesperis. ¶ No
tandū q̄cūq; die post octā epyphanie.
primo occurrerit. agendū de dn̄ica
uł de feria fit offiń de psalmista. sicͤ
pro tali die ↄtinet' ordinatū ē. Sab
bato primo p' octāꝫ epyphaie. Ad

uesperas. Capitulū.
O Altitudo diuiciarū sapie ↄ sciē dei.
q̄ i ↄp̄hēsibilia sūt iudicia eius.
ↄ inuestigabiles uie eius. Ymnus.
O Lux bta trinitas: ↄ principalis
unitas: iā sol recedit igneus: i
funde lumē cordibꝰ. Te mane laudū
carmie: te dep̄cemꝛ uesperi: te nr̄a supplex
glā: ꝑ cuncta laudet secla. Deo prī sit
glā. V. Vespertina ōrō ascēdat ad te dn̄e.
R. Et descēdat sup nos mīa tua. ¶ Dnī
cā totā h' usq; ad p̄mā dnīcā. xlᵉ. Et
ab octā pētec' usq; ad aduētū. ad. M. ā.
Suscepit isrł puer suū sicͭ locutus est ad ha
braā ↄ semini eius exaltare humiles usq; ī sclm.
¶ H. ā. dī ad. M. oī sabbō. s. a p̄mo
sabbō post octāꝫ epy'. usq; ad. lxxᵉ.

Magnificat canticū scē marie.
anima mea dn̄m. Et exultavit sps
meus in deo salutari meo. Quia respexit
humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc
beatā me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui potens
est et sctm̄ nomē eius. Et mia eius a progenie
in progenies timentibus eum. Fecit potē
tiā in brachio suo: dispersit superbos mē
te cordis sui. Deposuit potentes de
sede: et exaltavit humiles. Esurientes
implevit bonis: et divites dimisit inanes.
Suscepit isrl' puerum suū: recordatus
mie sue. Sicut locutus est ad pres nros
abraham et semini eius in scl'a. ant. orō.
que cōpetit dicto fit ōm. Petrus apls. V.
Cōstitues. R. Deus cuius dextera. orō.

V. ite de pace. ant. O qui ad regnū supnū.
V. Ora pro nob. dicitur de pace Da pacē. V. Fiat
pax. orō. Deus a quo. Supra dcā suffra
gia dicūr modo pdcō in oibus vesperis.
sabbti et matutinis. ac vesperis et matuti
nis. dominice. usque ad dn̄icam de passione
Et ab octa penthecostes usque ad adventum. Et
in omnibus vespis et matutinis festiuita
tum. ix. et triū lectionū eorum temporum.
exceptis duplicibus festis cū eorum octa
vis. et festis. S. sancte crucis. et san
cte michaelis.
Ad completorium.
V. Iube dōpne bndicere. Benedictio. Noctē
quietā et finē pfectū concedat nob dn̄s omips.
Fratres sobrii estote et vi Rō.
gilate. quia adversarius vr̄ diabolus

lus tanquam leo rugiens circuit querens
quem devoret. cui resistite fortes in fide.
Tu autem domine miserere nobis. R. Deo gratias.
V. Adiutorium nostrum in nomine domini. R. Qui fecit
celum et terram. Postea. Pater noster. secreto et in
pronunciatur. Et ne nos. R. absolute
fit confessio. et. Confiteor deo omnipotenti etc.
V. Converte nos deus salutaris noster. Respo
sorium. Et averte iram tuam a nobis. V.
V. Deus in adiutorium meum intende. R. Domine
ad adiuvandum me festina. V. Gloria patri. R.
Cum invo- Sicut erat. an. Miserere. ps.
carem exaudivit me deus iu
stitie mee: in tribulatione dilatasti michi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
meam. Filii hominum usque quo gravi
corde: ut quid diligitis vanitatem et que

ritis mendacium. Et scitote quoniam miri
ficavit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me
cum clamavero ad eum. Irascimini et
nolite peccare: que dicitis in cordibus vestris
et in cubilibus vestris compungimini. Sacrifi
cate sacrificium iustitie: et sperate in domino:
multi dicunt quis ostendit nobis bona.
Signatum est super nos lumen vultus tui
domine: dedisti leticiam in corde meo. A fructu
frumenti vini et olei sui multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam et requi
escam. Quoniam tu domine singulariter in spe:
constituisti me. Psalmus xxx.
In te domine speravi non confundar in
eternum: in iustitia tua libera me. In
clina ad me aurem tuam: accelera ut eru
as me. Esto michi in deum protectorem: et i

domū refugij: ut saluū me facias. ꝟ
Quia fortitudo mea & refugiū meū es
tu: & ꝑpt nomē tuū deduces me & enutries
me. Educes me de laqueo hoc quē abscon
derūt mihi: quia tu es protector meus. In
manus tuas dn̄e commendo spm̄ meū: rede
misti me dn̄e deus ueritatis. Ps dauid.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in
protectione dei celi commorabit.
Dicet dn̄o susceptor meus es tu: & refugium
meū deus meus & sperabo in eū. Quoniā ipse libe
rauit me de laqueo uenantiū: & a uerbo aspe
ro. Scapulis suis obumbrabit tibi: &
sub pennis eius sperabis. Scuto circū
dabit te ueritas eius: nō timebis a timore
nocturno. A sagitta uolante in die: a ne
gocio perambulante in tenebris: ab incū

su & demonio meridiano. Cadent a late
re tuo mille & decē milia a dextris tuis: ad
te autē nō appropinquabit. Uerūtamen ocu
lis tuis considerabis: & retributionē peccatorum ui
debis. Quoniā tu es dn̄e spes mea: altissi
mū posuisti refugiū tuū. Non accedet
ad te malū: & flagellū nō appropinquabit ta
bernaculo tuo. Quoniā angelis suis man
dauit de te: ut custodiant te in oībꝫ uijs
tuis. In manibꝫ portabūt te: ne offendas
ad lapidē pedē tuū. Super aspidē & basili
scū ambulabis: & conculcabis leonē & dra
conē. Quoniā in me sperauit liberabo eū:
protegā eū quia cognouit nomē meū. ꝟ
Clamabit ad me: & ego exaudiā eū:
cū ipso sū in tribulatione: eripiā eū & glori
ficabo eū. Longitudine dierū reple

bo eū: ⁊ ostendā illi salutare meū. Ps.
Ecce nūc bn̄dicite dn̄m: oēs s̄ui
dn̄i. Qui statis i domo dn̄i:
i atriis domus dei nr̄i: In noctibus
extollite man̄ vr̄as i s̄ca: ⁊ bn̄dicite dn̄m.
Bn̄dicat te dn̄s ex syon: qui fecit ce
lū ⁊ terrā. ant. Miserere mi dn̄e ⁊ exaudi orō
Te lucis ante [illegible] nē meā. ymn̄.
terminū: rex creator poscimꝰ ut
solita clementia: sis presul ad custodiam.
Procul recedant sōpnia ⁊ noctiū fantas
mata: hostēq; nr̄m cōprime ne polluāt
corpora. Presta pr̄ oīps p ih̄m xp̄m dn̄m
qui tecū imppetuū regn̄t cū s̄cō sp̄u. Am.
Tu aūt in nob es dn̄e ⁊ . Capitulū.
nomē s̄cm̄ tuū i uocatū ē sr̄ nos:
ne derelinquas nos dn̄e ds̄ nr̄. Rb̄r. In man̄.

tuas dn̄e cōmendo sp̄m meū. V. Redemisti nos
dn̄e ds̄ veritatis. R. Cō. V. Gl̄a. R. In. V. Cu
stodi nos dn̄e ut pupillā ocli. R. Sub umbra
alar tuar, ptege nos. Añ. Salva nos. Cātic̄.
Nunc dimittis s̄uū tuū dn̄e: s̄m
verbū tuū i pace. Quia viderūt
ocli mei: salutare tuum. Quod parasti
ante faciē oīm populor: Lumē ad re
velatiōē gentiū: ⁊ gl'am plebis tue
isrl̄. Ant. Salva nos dn̄e vigilantes custodi
nos dormientes ut vigilem̄ cū xp̄o ⁊ requiescam̄
i pace. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pat nr̄. secre
to. V. Et ne nos. R. Sz liba. deīde seqt̄.
Credo i deū. Secreto. Versus. Carnis
resurrec. R. Vitā etnā. V. Bn̄dictus es ds̄
dn̄e ds̄ prm̄ nr̄m. R. Et laudabilis ⁊ gliosus
i s̄cla. V. Bn̄dicamꝰ prē ⁊ filiū cū s̄cō sp̄u. R.

Laudem̃ ⁊ sup̃ exaltem̃ eũ i s̃cl'a. ℣. Bñdictus es dñe i firmamẽto celi. ℟. Et laudabilis ⁊ gloriosus i s̃cl'a.
℣. Bñdicat ⁊ custodiat nos oips̃ ⁊ mis̃icors dñs.
℟. Amẽ. ℣. Dignare dñe nocte ista. ℟. Sine p̃cato nos custodire. ℣. Miserere n̄r̄i dñe. ℟. Miserere n̄r̄i. ℣. Fiat mĩa tua dñe s̃r nos. ℟. Quẽadmodũ sp̃auimus i te. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus. Oratio.

Visita q̃s dñe

Visita q̃s dñe habitacionẽ istam ⁊ omñs i͛si dias inimici ab ea longe repelle ⁊ angli tui s̃ci habitẽt i ea qui nos i pace custodiãt ⁊ bñdictio t̃ua tua sit sup̃ nos semp̃. P.
℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ sp̃u tuo. ℣. Bñdicamus dño. ℟. Deo grãs. Sequitur Bñdictio. Bñdicat ⁊ custodiat nos omips̃ ⁊ mis̃icors dñs. p̃r ⁊ filius ⁊ sp̃s s̃cs. Amẽ. Notãdũ q̃ sup̃ra scriptus ordo ꝯplectorii

s̃uatur p̃ totũ ãnũ in dñicis diebus ⁊ festis. ix. ⁊ triũ lc̃oũ. Excepto q̃ i festis dupplicib; ⁊ p̃ octãs eor. dr̃ a. p̃. p̃s. Nũc dimittis. Statĩ sequit̃. Dñs vobiscũ. Lz orac̃õe cõplecta sequitur prosa. S. Salue regina. ℣. Aue m̃. Oremꝰ. Oro.

Omnips̃ sempit̃ne d̃s qui glōse uirginis matris marie corpus ⁊ aĩaz ut dignũ filij tui habitaculũ effici mereretur sp̃u s̃cõ cooperãte p̃parasti. da ut cuius ꝯmemorac̃õe letamur eius pie i͞tcessione ab instantib; malis ⁊ a morte p̃petua liberem̃. P eũdẽ. ℣. Fideliũ aĩe p̃ mĩaz dei requiescãt i pace. ℟. Amẽ. Feria secũda Inuitatoriũ. Venite exultem̃ dño. Ps.

Venite exultem̃ dño iubilem̃ deo salutari n̄r̄o: p̃occupemus faciẽ eĩ i ꝯfessione ⁊ i psalmis

iubilemus ei. Venite exultemus dño. Qm̄
deus magnus dñs et rex magnus sr
oms deos. qm̄ nō repellet dꝰ plebē
suā qꝛ i manu eius sūt oms fines tre
et altitudines moncū ipe cōspicit. Exul
temus dño. Qm̄ ipīꝰ ē mare et ipe fec
illud et aridā fundauerūt manus eī.
venite adoremus et procidamꝰ ante deū
ploremꝰ corā dño qui fec̄ nos qꝛ ipe
est dñs ds nr̄ nos aūt ppls eiꝰ et oues
pascue eius. Venite exul. Hodie si
voce eiꝰ audieritis nolite obdurare cō
da vrā sic i exacerbacioē sm die tēpta
tiois i desto ubi tēptauerūt me pres
vri, pbauerūt et viderūt opa mea. Exul
temus. Quadraginta ānis proximꝰ
fui gñacioni huic et dixi semp hij e

rrāt corde ipi vō nō cognouerūt uias
meas quibꝰ iuraui i ira mea si introibūt
i requiē meā. Venite exultemꝰ. Gloria
pri et filio et spui sc̄o. Sic erat i principio
et nūc et semp et i scła scłor. Am̄. Exulte
mus dño. Venite exultemꝰ dño. Ad noct.

Somno refectis artubꝰ | spreto ym.
cubili surgimus | nobꝭ pat canētibꝰ
adesse te deposcimꝰ. Te lingua primū cō
cinat | te mentis ardor ambiat. ut actuū se
quētiū | tu sc̄e sis exordiū. Cedant te
nebre lumini | et nox diurno sydeni. ut cul
pa q̄ nox i tulit | lucis labescat munere.
Precamꝛ idem supplices | noxas ut
omēs amputes | et ore te canētiū | lauda
ris inpꝑpetuū. Pstā pie pssime.
an. Dñs defensor. Tpe pascali an.

Alleluya. Psalmus.

DOMINUS
illuminatio mea et salus
mea quem timebo. Dominus protector vite
mee a quo trepidabo. Dum appropi-
ant super me nocentes: ut edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi in-
firmati sunt et ceciderunt. Si consistant ad-
versum me castra: non timebit cor meum. Si
exurgat adversum me prelium: in hoc ego spera-
bo. Unam petii a domino hanc requiram:
ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite
mee. Ut videam voluntatem domini: et visi-
tem templum eius. Quoniam abscondit me in ta-
bernaculo suo in die malorum: protexit me in

abscondito

abscondito tabernaculi sui. In petra ex-
altavit me: et nunc exaltavit caput meum
super inimicos meos. Circuivi et immolavi
in tabernaculo eius hostiam vociferationis: can-
tabo psalmum dicam domino. Exaudi domine
vocem meam qua clamavi ad te: miserere mei
et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisi-
vit te facies mea faciem tuam domine requiram.
Ne avertas faciem tuam a me: ne decli-
nes in ira a servo tuo. Adiutor meus esto
ne derelinquas me: neque despicias me deus
salutaris meus. Quoniam pater meus et mater mea
dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Le-
gem pone mihi domine in via tua: et dirige me
in semitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me.
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui et mentita

ē iniquitas sibi. Credo uidere bona
dñi: in terra uiuentiū. Expecta do
minū uiriliter age ⁊ cōfortet̃ cor tuū
AD te dñe cla ⁊ sustine dñm. ps
mabo deus m̃s ne sileas a me
nequādo taceas a me: ⁊ assimilabor de
scēdentibꝫ ī lacū. Exaudi dñe uocē
dep̃cationis mee. dū oro ad te dū extol
lo manꝰ meas ad templū sc̃m tuū. Ne
simul tradas me cū peccatoribꝫ: ⁊ cū
operantibꝫ iniquitatē ne perdas me.
Qui loquūt̃ pacē cū proximo suo: ma
la aūt ī cordibꝫ eor. Da illis s̃m opa
eor: ⁊ s̃m nequiciā adīuentionum
ipsor. Secūdm opa manuū eor tri
bue illis: redde retribucionē eor ipsis.
Qm̃ nō ītellexerūt opa dñi: ⁊ in

opa manuū eiꝰ. destrues illos ⁊ nō ed
dificabis eos. Benedictus dñs: qm̃
exaudiuit uocē dep̃cacionis meē. Dñs
adiutor m̃s: ⁊ ī ipso sperauit cor meū
et adiutus sū. Et refloruit caro mea
⁊ ex uolūtate mea cōfitebor ei. Dñs
fortitudo plebis sue: ⁊ protector saluaci
onū xp̄i sui ē. Saluū fac populū tu
uū dñe: ⁊ bn̄dic hereditati tue: ⁊ rege
eos ⁊ extolle illos usq; ī eternū. ant.
Dñs defensor uite mee. ant Adorate dñm.
AFferte dño filij dei: afferte ps.
dño filios arietū. Afferte dño
gl'iā ⁊ honorē: afferte dño gl'iā noī eiꝰ.
adorate dñm ī atrio sc̃o eius. Uox
dñi s̃r aquas de maiestatis ītonuit.
dñs s̃r aq̃s multas. Uox dñi ī uirtute:

uox dni i magnificencia. Vox dni con
fringentis cedros: et confringet dns cedros liba
ni. Et comminuet eos tamq̃ uitulum liba
ni: et dilectus q̃ ad modum filius unicornium.
Vox dni intercidentis flammam ignis uox
dni concucientis desertum: et commouebit dns
desertum cades. Vox dni p̄parantis ceruos
et reuelabit condensa: et in templo eius oẽs
dicent gl'am. Dns diluuium i habitare fa
cit: et sedebit dns rex i eternum. Dns uir
tutem p̄plo suo dabit: dns benedicet p̄plo
Exaltabo te dne suo i pace. ps.
qm suscepisti me: nec delectasti ini
micos meos sr me. Dne ds ms cla
maui ad te et sanasti me. Dne eduxisti
ab inferno aiam meam: saluasti me a descenden
tibus i lacum. Psallite dno sci eius: et confite

mini memorie sctitatis eius. Qm ira i indi
gnatione eius: et uita i uoluntate eius.
Ad uesperum demorabitur fletus: et ad matu
tinum leticia. Ego aut dixi i habundancia
mea: non mouebor in eternum. Dne i volun
tate tua: p̄stitisti decori meo uirtutem. Auer
tisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te dne clamabo: et ad deum meum de
precabor. Que utilitas i sanguine meo:
dum descendo i corrupcionem. Nunquid confite
bitur tibi puluis: aut annunciabit ueritatem
tuam. Audiuit dns et misertus est mei.
dns factus est adiutor meus. Conuertisti planc
tum meum i gaudium michi: conscidisti saccum meum
et circumdedisti me leticia. Ut cantet tibi
gloria mea et non compungar: dne deus meus i
eternum confitebor tibi. Ant. Adorate dnm i aula

In te do[mine] ... In tua iusticia.

In te domine speravi non confundar in eternum in iusticia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera ut eruas me. Esto mihi in deum protectorem: et in domum refugij ut salvum me facias. Quia fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas domine commendo spiritum meum: redemisti nos domine deus veritatis. Odisti observantes vanitates: supervacue. Ego autem in domino speravi: exultabo et letabor in misericordia tua. Quia respexisti in humilitatem meam: salvasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus anima mea et venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum obprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis. Qui videbant me foris fugierunt a me: oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde. Factus sum tamquam vas perditum: quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum convenirent simul adversum me: accipere animam meam consiliati sunt. Ego autem in te speravi domine: dixi deus meus es tu in manibus tuis sortes mee. Eripe

me de manu inimicor meor: et a psequenti
bus me. Illustra faciē tuā sup servū
tuū saluū me fac i miā tua dñe: nō cō
fundar qm̄ i uocaui te. Erubescant
impii et deducātur i infernū muta fiāt
labia dolosa. Que loquūt' adu'sus
iustū iniquitatē: i supbia et i abusione.
Quā magna multitudo dulcedinis
tue dñe: quā abscondisti timētibȝ te.
Perfecisti qui spant i te: i ɔspectu fi
lior hoīuȝ. Abscondes eos in absco
dito faciei tue: a conturbatione hoīū. et
Proteges eos i tabernaculo tuo: a
ɔtradictione linguar. Bndictus dñs
qm̄ mirificauit miām suā m̄i
i ciuitate munita. Ego aut̄ dixi i ex
cessu mentis mee: piect' sū a facie ocu

lor tuor. Ideo exaudisti uocē orōis
mee: dū clamarē ad te. Diligite dñm
omēs sc̄i ei': qm̄ ueritatē requiret dñs:
et retribuet abūdāter facientibȝ supbiā.
Viriliter agite et ɔfortet' cor urm̄: oēs q
Beati quor speratis i dño. ps.
remisse sūt iniquitates: et quor
tecta sūt peccata. Bt̄s uir cui nō impu
tabit dñs peccatū: nec ē i spu eius dolus.
Quī tacui i ueterauerunt ossa mea dū
clamarē tota die. Quī die ac nocte
grauata ē sup me manus tua: i erūpna
mea dū ɔfigitur spina. Delictū meū
cognitū tibi feci: et i iusticiā meā nō ab
scondi. Dixi cōfitebor adu'sū me
i iusticiā meā dño: et tu remisisti i pietatē
peccī mei. Pro hac orabit ad te ōis

sco: i tpe oportuno. Veritatem i di
luuio aquarum multarum: ad eum non aproxima
bunt. Tu es refugium meum a tribulatione
que circumdedit me: exultatio mea erue i
me a circumdantibus me. Intellectum tibi
dabo et instruam te: i via hac qua gradi
eris firmabo super te oculos meos. Noli
te fieri sicut equus et mulus: quibus non est intel
lectus. In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non approximant ad
te. Multa flagella peccatoris: sperant
tes autem i domino misericordia circumdabit. Leta
mini i domino et exultate iusti: et gloriamini
omnes recti corde. ant. In tua iusticia libera me
domine. ant. Rectos decet. Ps. dd.
Exultate iusti i domino: rectos decet
collaudatio. Confitemini domino

i cithara: i psalterio decem cordarum psallite
illi. Cantate ei canticum nouum: bene psal
lite ei i vociferatione. Quia rectum est
verbum domini: et omnia opera eius in fide. Diligit
misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra.
Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. Congregans
sicut i utre aquas maris: ponens i thesau
ris abissos. Timeat dominum omnis terra
ab eo autem commoueantur omnes i habitantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit
et creata sunt. Dominus dissipat consilia gen
tium reprobat autem cogitationes populorum:
et reprobat consilia principum. Consilium autem
domini i eternum manet: cogitationes cordis
eius i generatione et generationem. Beata gens cuius
est dominus deus eius: populus quem elegit i he

reditatē sibi. De celo respexit dñs:
uidit oēs filios hominū. De pparato
habitaculo suo: respexit sr oms q hitāt
terrā. Qui finxit singillati corda eor:
qui itelligit oīa opa eor. Nō saluat
rex p multā uirtutē: ⁊ gigas nō saluabr
i multitudine uirtutis sue. Fallax
equus ad salutē i habūdancia aut uirtutis
sue nō saluabr. Ecce oculi dñi sr timē
tes eū: ⁊ i eis qui sprāt sr mīa eius. U
t eruat a morte aīas eor: ⁊ alat eos
i fame. Aīa nrā sustinet dnm: qm
adiutor ⁊ ptector nr ē. Quia i eo leta
bitur cor nrm: ⁊ i noīe scō eius spauim⁹.
Fiat mīa tua dñe sr nos: qadmodū
spauim⁹ i te. Ps.
Benedicam dño i oī tpe: ⁊ semp laus eius

i ore meo. In dño laudabr aīa mea: au
diant mansueti ⁊ letent. Magnificate
dnm mecū: ⁊ exaltemus nomē eius in id
ipsū. Exquisiui dnm ⁊ exaudiuit me:
⁊ ex oībus tribulatoīb meis eripuit
me. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊
facies urē nō confundent. Iste pauper
clamauit ⁊ dñs exaudiuit eū: ⁊ ex oībus
tribulatoibus eius saluauit eū. In
mittet angls dñi i circuitu timētiū: ⁊ eripi
et eos. Gustate ⁊ uidete qm suauis est
dñs: bts uir qui sperat i eo. Timete do
minū oēs scī eius: qm nō ē inopia timē
tib eū. Diuites eguerūt ⁊ esurierūt:
i quirētes aut dnm nō minuētur oī bono.
Uenite filii audite me: timorē dñi do
cebo uos. Quis ē hō qui uult uitā:

diligit dies videre bonos. Prohibe
linguam tuam a malo: et labia tua ne loquan-
tur dolum. Diverte a malo et fac bo-
num: inquire pacem et persequere eam. Oculi
domini super iustos: et aures eius in preces eo-
rum. Vultus autem domini super facientes mala:
ut perdat de terra memoriam eorum. Clama-
verunt iusti et dominus exaudivit eos: et
ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt
corde: et humiles spiritu salvabit. Multe
tribulationes iustorum: et de omnibus his
liberavit eos dominus. Custodit dominus
omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt
iustum delinquent. Redimet dominus animas
servorum suorum: et non delinquent omnes

qui sperant in eo. **ant.** Rectos decet collau-
dacio. **ant.** Expugna
Iudica domine
nocentes me: expugna impugnantes me. **ps.**
Apprehende arma et scutum
et exurge in adiutorium mihi. Effunde
frameam et conclude adversus eos qui perse-
quuntur me: dic anime mee salus tua ego sum.
Confundantur et revereantur: qui que-
runt animam meam. Avertantur retrorsum
et confundantur: cogitantes mihi mala. Fi-
ant tamquam pulvis ante faciem venti: et angelus
domini coartans eos. Fiant vie illorum te-
nebre et lubricum: et angelus domini persequens
eos. Quoniam gratis absconderunt michi
interitum laquei sui: supervacue exprobave-
runt animam meam. Veniat illi laqueus quem
ignorat et captio quam abscondit apprehendat

eum: et in laqueo cadat in ipsum. Anima au-
tem mea exultabit in domino: et delectabitur super
salutari suo. Omnia ossa mea dicent: domine
quis similis tibi. Eripiens inopem de
manu fortiorum eius: egenum et pauperem a di-
ripientibus eum. Surgentes testes iniqui
que ignorabam interrogabant me. Retribue-
bant michi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum michi molesti essent: indu-
ebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam
meam: et oratio mea in sinu meo convertetur. Q-
uasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam:
quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et
adversum me letati sunt et convenerunt: congre-
gata sunt super me flagella et ignoravi.
Dissipati sunt nec compuncti temptaverunt
me subsannaverunt me subsannatione: fren-

duerunt super me dentibus suis. Domine quando
respicies restitue animam meam a malignitate
eorum: a leonibus unicam meam. Confitebor
tibi in ecclesia magna: in populo gravi laudabo te.
Non supergaudeant michi qui adversantur
michi inique: qui oderunt me gratis et annuunt
oculis. Quoniam michi quidem pacifice loquebantur:
et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilataverunt super me os suum: dixerunt
euge euge viderunt oculi nostri. Vidisti domine
ne sileas: domine ne discedas a me. Exsur-
ge et intende iudicio meo: deus meus et dominus meus
in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam
domine deus meus: et non supergaudeant michi. Non
dicant in cordibus suis euge euge anime nostre:
nec dicant devorabimus eum. Erubescant
et revereantur simul: qui gratulantur malis

meus. [I]nduantur confusione et reueren-
tia qui maligna loquuntur super me.
[E]xultent et letentur qui uolunt iusticiam
meam: et dicant semper magnificetur dominus qui
uolunt pacem serui eius. [E]t lingua
mea meditabitur iusticiam tuam: tota die
laudem tuam. Ps. xxxv.

[D]ixit iniustus ut delinquat in
semetipso: non est timor dei ante o-
culos eius. [Q]uoniam dolose egit in conspectu
eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium.
[V]erba oris eius iniquitas et dolus.
noluit intelligere ut bene ageret. [I]ni-
quitatem meditatus est in cubili suo: a-
stitit omni uie non bone: maliciam autem non
odiuit. [D]omine in celo misericordia tua: et usque
ad nubes ueritas tua. [I]usticia tua

sicut montes dei: iudicia tua abyssus
multa. [H]omines et iumenta saluabis
domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam.
[F]ilii autem hominum: in tegmine ala-
rum tuarum sperabunt. [I]nebriabuntur ab ubber-
tate domus tue: et torrente uoluptatis tue
potabis eos. [Q]uoniam apud te est fons
uite: et in lumine tuo uidebimus lumen.
[P]retende misericordiam tuam scientibus te: et
iusticiam tuam his qui recto sunt corde.
[N]on ueniat mihi pes superbie: et manus
peccatoris non moueat me. [I]bi ceci-
derunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt
nec potuerunt stare. ant. Expugna impugnan-
tes me. ant. Reuela domino. Ps. xxxvi.

[N]oli emulari in malignantibus: neque
zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in domino et fac bonitatem: et inhabita terram et pasceris in diviciis eius. Delectare in domino: et dabit tibi peticiones cordis tui. Revela domino viam tuam et spera in eo: et ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam: et iudicium tuum tamquam meridiem: subditus esto domino et ora eum. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram. Et adhuc pusillum et non erit peccator: et queres locum eius et non invenies. Mansueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitu

dine pacis. Observabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod veniat dies eius. Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum. Ut deciperent pauperem et inopem: ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto: super divicias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus. Novit dominus dies inmaculatorum: et hereditas eorum in eternum erit. Non confundentur in tempore malo et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. Inimici vero domini mox honorificati fuerint et exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuabitur

peccor̄ ⁊ ſolvet: iuſtus aut̄ miſeretur ⁊
tribuit. Quia bn̄dicētes ei here
ditabūt t͞rã: maledicētes aut̄ ei di
ſperibūt. Apud dn̄m greſſus ho
minis dirigētur: ⁊ viã eius volet. Cū
ceciderit nō collidetur: q͞r dn̄s ſupponit
manū ſuã. Iunior fui ⁊ eī ſenui.
⁊ nō vidi iuſtū derelictū: nec ſemē eius
querēs panē. Tota die miſeretur
⁊ cōmodat: ⁊ ſemē eius in bn̄dictiōe erit.
Declina a malo ⁊ fac bonū: ⁊ inhi
ta i ſecl̄m ſecli. Quia dn̄s amat iu
diciū: ⁊ nō derelinquet ſcōs ſuos: in
eternū cōſervabūtur. Iniuſti puni
ētur: ⁊ ſemē ipiorum peribit. Iuſti aūt
hereditabūt t͞rã: ⁊ inhitabūt i ſecl̄m ſecli
ſuper eã. Os iuſti meditabitur ſapiētiã:

⁊ lingua eius loquetur iudiciū. Lex
dei eius i corde ipſius: ⁊ nō ſupplanta
būtur greſſus ei. Conſiderat pec
cator iuſtū: ⁊ q͞rit mortificare eum.
Dn̄s aūt nō derelinq̄t eū i manibꝫ eius.
nec dāpnabit eū cū iudicabitur illi.
Expecta dn̄m ⁊ cuſtodi viã eius:
⁊ exaltabit te ut hereditate capias t͞rã:
cū perierit peccatores videbis. Vidi
impiū ſup̄ elevatū: ⁊ exaltatū ſicut ce
dros libani. Et tranſivi ⁊ ecce
nō erat: quēſivi eū ⁊ nō ē inventus lo
cus eius. Cuſtodi innocentiã ⁊ vide
equitatē q͞m ſunt reliquie hoī pacifico.
Iniuſti aūt diſperibūt: ſimul reli
quie impiorū interibūt. Salus a
utē iuſtorū a dn̄o: ⁊ protector eorū in

tempore tribulationis. Et adiuvabit e-
os dominus et liberabit eos: et eruet eos [a]
quia speraverunt in eo. Ps. xxx.

Domine ne in furore tuo arguas me:
neque in ira tua corripias me. Quoniam
sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super
me manum tuam. Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue: non est pax ossibus
meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniqui-
tates mee supergresse sunt caput meum: et sicut o-
nus grave gravate sunt super me. Putru-
erunt et corrupte sunt cicatrices mee: a fa-
cie insipientie mee. Miser factus sum et curva-
tus sum usque in finem: tota die contristatus ingre-
diebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusi-
onibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum nimis:

rugiebam a gemitu cordis mei. Domine
ante te omne desiderium meum: et gemitus
meus a te non est absconditus. Cor meum
conturbatum est in me dereliquit me virtus mea:
et lumen oculorum meorum: et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei: adversum me
appropinquaverunt et steterunt. Et qui
iuxta me erant de longe steterunt: et vim
faciebant qui querebant animam meam. Et qui
inquirebant mala michi locuti sunt vanitates:
et dolos tota die meditabantur. Ego
autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mu-
tus non aperiens os suum. Et factus sum sicut ho-
mo non audiens: et non habens in ore suo redar-
gutiones. Quoniam in te domine speravi: tu
exaudies me domine deus meus. Quia di-
xi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et

diu commovebitur pedes mei sup me ma
gna locuti sunt. Quoniam ego in flagella p
aratus sum: et dolor meus in conspectu meo sem
per. Quoniam iniquitatem meam annunciabo
et cogitabo pro peccato meo. Inimici aut
em mei vivunt et confirmati sunt super me: et multipli
cati sunt qui oderunt me inique. Qui
retribuunt mala pro bonis detrahebant
mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelin
quas me domine deus meus: ne discesseris
a me. Intende in adiutorium meum:
domine deus salutis mee. ant. Reucla domino
viam tuam. ℣. Dominus in celo misericordia tua. ℞. Et
veritas tua usque ad nubes. Tempore adve
ntus ℣. Ex syon species decoris eius. ℞. Deus noster
manifeste veniet. Tempore quadragesime ℣.
Ipse liberavit me de laqueo venantium. ℞. Et a

verbo aspero. Tempore passionis. ℣. Erue
a framea deus animam meam. ℞. Et de manu canis
unicam meam. Tempore resurrectionis an. Alla.
alla. alla. ℣. Surrexit dominus de sepulcro
alla. ℞. Qui pro nobis pependit in ligno alla.
Ad laudes an. Miserere mei deus. Ps.

Miserere mei deus: secundum magnam
misericordiam tuam. Et secundum multitu
dinem miserationum tuarum: dele i
niquitatem meam. Amplius lava me
ab iniquitate mea: et a peccato meo munda
me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco:
et peccatum meum contra me est semper. Ti
bi soli peccavi et malum coram te feci: ut i
ustificeris in sermonibus tuis: et vincas
dum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus sum: et in peccatis concepit me mater

tuā. Ecce enī ueritatē dilexisti: incerta ⁊
occulta sapiē tue manifestasti m. Asp
perges me dñe ysopo ⁊ mundabor lauā
bis me ⁊ sup niuē dealbabor. Audi
tui meo dabis gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ exul
tabūt ossa hūiliata. Auerte faciē tuā
a peccatis meis: ⁊ omēs iniquitates meas
dele. Cor mundū crea i me deus: ⁊
spm rectū innoua i uisceribꝰ meis. Ne
piciās me a facie tua: ⁊ spm scm tuū
ne auferas a me. Redde m leticiā
salutaris tui: ⁊ spū principali cōfirma
me. Docebo iniquos uias tuas: ⁊
impij ad te cōuertēt. Libera me de sangui
nibꝰ deꝰ deꝰ salutis mee: ⁊ exultabit lin
gua mea iusticiā tuā. Dñe labia mea
aperies: ⁊ os meū annūciabit laudem

tuā. Quoniā si uoluisses sacrificiū dedis
sē: utiqꝫ holocaustis nō delectaberis.
Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: cor
cōtritū ⁊ humiliatū deꝰ nō despiciēs. Be
nigne fac dñe i bona uolūtate tua sy
on: ut edificētur muri ierlm. Tunc
acceptabis sacrificiū iusticie oblacionē
⁊ holocausta: tūc iponēt sup altare tuū
uitulos. ant. Miserere mei deus. ant. Intel
Verba mea auribꝰ lige. ps. dd.
percipe dñe: intellige clamorē meū.
Intende uoci orōis mee: rex meꝰ ⁊ deꝰ
meus. Quoniā ad te orabo dñe: mane
exaudies uocē meā. Mane astabo
tibi ⁊ uidebo: qm nō deꝰ uolens iniquita
tē tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te ma
lignus: neqꝫ permanebūt iniusti ante ocu

culos tuos. Odisti oēs qui opant'
iniquitatē: perdes oēs q̄ loquūt' mēda
ciū. Virū sanguinū ⁊ dolosū ab
hominabit' dn̄s: ego aūt ī mlt'itudi
ne mīe tue. Introibo ī domū tuā.
adorabo ad templū scm̄ tuū ī timore
tuo. Dn̄e deduc me ī iusticia tua
ꝓp inimicos meos: dirige ī ↄspectu
tuo viā meā. Qm̄ nō est ī ore eoꝝ
v'itas: cor eoꝝ vanū est. Sepulcrū
patēs ē guttur eoꝝ: linguis suis do
lose agebāt: iudica illos deus. De
cidant a cogitationibꝫ suis s'm mul
titudine ipietatū eoꝝ expelle eos:
qm̄ irritaverūt te dn̄e. Et letēt'
oēs qui sperāt ī te: ī eternū exulta
būt ⁊ habitabis ī eis. Et gl'abūt'

ī te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu
benedices iusto. Dn̄e ut scuto bo
ne voluntatis tue: coronasti nos.
an̄ Intellige clamorē meū dn̄e. an̄ Ds
ds m̄s ad te de luce vigilo. ps Ipz. ā Cō
Onfitebor tibi dn̄e. Versus. ps.
qm̄ irat' es m̄: ↄversus ē fu
ror tuus ⁊ ↄsolat' es me. Ecce ds
salvator m's: fiducialit' agā ⁊ nō ti
mebo. Quia fortitudo mea ⁊ laus
mea tu es. Hauriētis aquas ī gau
dio de fontibꝫ salvatoris: ⁊ dicetis ī
illa die ↄfitemini dn̄o ⁊ ī vocate no
men ei'. Notas facite ī ppl̄s adi
uentiōes eius: memētote qm̄ excel
sū ē nomē ei'. Cantate dn̄o qm̄
magnifice fecit: anūtiate h' ī vniu'sa

tia. Exulta et lauda habitacio syon: quia magnus in medio tui sanctus israel. ant. Co- uersus est furor tuus domine et consolatus es me. an. Laudate dominum de celis. Ps. Ipsum. cap.

Nox precessit dies autem appropinqua- bit. abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sicut in die honeste am- bulemus. Ymnus.

Splendor paterne glorie. de luce lucem proferens. lux lucis et fons luminis. dies dierum illuminans. Verusque sol illabere. micans nitore perpeti. iubarque sancti spiritus: infunde nostris sensibus. Votis vo- cemus te patrem. patrem perhennis glorie. patrem poten- tis gratie. culpam releget lubricam. Infor- met actus strenuos: dentes retundat inuidi. casus felicitet asperos: donet ge-

rendi gratiam. Mentem gubernet et regat. casto fideli corpore. fides calore ferueat. fraudis uenena nesciat. Xpistus que nobis sit cibus. potusque noster sit fides. leti biba- mus sobriam. ebrietatem spiritus. Letus di- es hic transeat. pudor sit ut diluculum. fides uelud meridies. crepusculum mens ne- sciat. Aurora cursus prouehat. aurora cum totus prodeat. in patre totus filius. et totus in uerbo pater. Deo patri sit gloria. V. Repleti sumus mane misericordia tua. R. Exultauimus et delecta- ti sumus. Tempore aduentus. V. Vox clamantis in deserto parate uiam domini. R. Rectas facite semitas eius. Tempore xl. V. Angelis. R. Ut custodiant. R. Capitulum require in tercia feria. Tempore pascali. ad laudes an. Alleluia. psalmi ante V. omnia di- cuntur sicut in dominica notatum est. Capitulum.

Christus resurgens. Ymnus. Aurora. V. In refectione. Dum te cruce. ant. Ad Benedictus. Crucifixus surrexit a mortuis redemit nos alleluia. alleluia. V. Dicite in nationibus alleluia. R. Quia dominus regnavit a ligno. a ligno. Oratio.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti ut inimici a nobis expelleres potestatem concede nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem. Ad vesperas ant. Inclinavit dominus. ant. Alleluia. Ps dil.

DILEXI QUONIAM exaudiet dominus. VOCEM DEPRECAtionis mee. Quia inclinavit aurem suam michi: et in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen domini invocavi. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens parvulos dominus: humiliatus sum et liberavit me. Convertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione vivorum. ant. Inclinavit dominus aurem suam michi. ant. Credidi. Ps dil.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit michi. Calicem salutaris a

accipiā: et nomē dñi īuocabo. Uota
mea dño reddā corā oī pp̄ eī: preciosa i
cōspectu dñi mors scōr eius. O dñe
qr ego seruus tuus: ego seruus tuus et
filius ancille tue. Dirupisti vincla
mea tibi sacrificabo hostiā laudis: et no
mē dñi īuocabo. Uota mea dño red
dā ī cōspectu oīs pp̄ eī: ī atriis domus
dñi ī medio tui ierlm. ant. Credidi ꝓpt
qd locutus sū. ant. Laudate. Ps dd.
Laudate dñm oēs gētes: laudate
eū oēs pp̄. Qm̄ cōfirmata est
sup nos mīa eī: et veritas dñi manet i
eternū. ant. Laudate dñm oēs gētes. ant. Cla
Ad dñm cū tribularer. clamaui. Ps.
clamaui: et exaudiuit me. Do
mine libera aīam meā a labiis iniquis:

et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut
qd apponatur tibi: ad linguā dolosā. Sa
gitte potētis acute: cū carbōib desola
toriis. Heu mihi qr īcolatus meus pro
longatus est: habitaui cū habitātib cedar:
multū īcola fuit aīa mea. Cū hiis
qui oderūt pacē erā pacificus: cū loq
bar illis īpugnabāt me gratis. ant.
Clamaui et exaudiuit me. ant. Unde ueniet.
Leuaui oculos meos ī mōtes: Ps.
unde veniet auxiliū mihi. Auxi
liū meū a dño: qui fecit celū et terā. Nō
det ī cōmotionē pedē tuū: neq dormi
et qui custodit te. Ecce nō dormi
tabit neq dormiet qui custodit isrl. n.
Dñs custodit te: dñs ꝓtectio tua:
sr manū dexterā tuā. Per diē sol

no uret te: neqz luna p noctē. Dns
custodit te: dns ab oī malo: custo
diat aiā tuā dns. Dns custodiat in
troitū tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc nūc ⁊
usqz i seclm. ant. Unde ueiet auxiliū m.
Immense celi cōdi. Benedict⁹. Cap.
tor. q mixta ne cōfunderent. aq
fluēta diuidēs. celū dedisti limitē.
Firmās locū celestibz. simulqz tre
riuis. ut unda flamas tēperet. tre so
lū ne dissiperet. Infunde nūc pii
sime. donū pbēnis grē. fraudis no
ue ne casibz. nos error atterat uetus.
Lucē fides i ueiat. sic luminis iu
bar ferat. h uana cūcta terreat. hāc fal
sa nulla cōprimāt. Presta p̄r piissime.
V. Dirigat⁹ d'. R. Sicut i cesū. Tpe ad

Non auferet sceptrū. uers. Cap.
de iuda: ⁊ dux de femore ei⁹
donec ueiat q mittēd⁹ ē: ⁊ ipse erit ex
expectatio gentiū. ymn⁹. Conditor
alme. V. Rorate celi de sup ⁊ nubes pluāt
iustū. R. Apiat⁹ tra ⁊ germinet saluatorē.
Inter uestibulū ⁊ altare. xl⁹
plorabūt sacerdotes ministri do
mini dicētes parce dne. parce pplo tuo ⁊ ne des
hereditatē tuā i obppū ut dñent eis na
tiones. ymn⁹. Audi benigne. V. Anglis
suis ds mādauit de te. R. Ut custodiāt te
i oibz uiis tuis. Tpe pasc. Cap.
Tu aūt d' sabbaoth qui iudi
cas iuste ⁊ pbas renes ⁊ corda
uideā ultionē tuā ab eis: tibi eni reuelaui
cām meā dne ds meus. ymn⁹. Päge

lingua. ℣. Eripe me d[omi]ne ab ho[m]i[n]e malo. ℟. A viro iniquo eripe me. ¶ T[em]p[o]re paschali. ant[iphona]. ant[iphona]. All[elui]a. all[elui]a. all[elui]a. Ps. Dixi custodiam cu[m] rel[iquis].

XPs resurgens ex mortuis [illegible]. Cap[itulum]. Iam n[on] morit[ur] mors illi ultra n[on] dominabit[ur]: q[uod] e[nim] mortuus e[st] p[ec]c[at]o mortuus e[st] semel: q[uod] a[utem] vivit vivit deo. Ymn[us]. Ad cenam agni. ℣. Mane nobiscu[m] d[omi]ne all[elui]a. ℟. Quia ad vesp[er]ascit all[elui]a. ¶ Feria iiij. ad matutin[um]. Jubilem[us] deo salutari n[ost]ro. Ps. Venite. Ymn[us].

Q[ui] O[mnium] [illegible] lux [illegible] lucas [illegible] dies. nocte [illegible] rump[im]us. assiste postulantib[us]. Aufer tenebras mentiu[m]. fuga catervas demonu[m]. expelle sompnolenti[am] [illegible] obruat. Sic [christ]e nob[is] o[mn]ib[us] i[n]dulgeas [illegible] [illegible] psallentib[us]. [illegible]

[illegible] [illegible]. ant[iphona]. Ut no[n] delinqua[m]. ant[iphona]. All[elui]a.

DIXI CUSTODI[AM] vias meas: ut no[n] DELINQUA[M] in lingua mea. Posui ORI MEO CU[STODIAM] [cum] consisteret [peccator] adv[er]su[m] me. Obmutui et humiliatus su[m] et silui a bonis: et dolor m[eu]s renovat[us] e[st]. Concaluit cor meu[m] i[n]tra me: [et] i[n] meditatio[n]e mea exardescet ignis. Locut[us] su[m] i[n] lingua mea: notu[m] fac michi d[omi]ne finem meu[m]. Et numeru[m] dieru[m] meoru[m] quis e[st]: ut sciam q[ui]d desit michi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: [et] substantia mea ta[n]q[uam] nichilum ante te. Verumtam[en] universa vanitas: o[mn]is ho[mo] vivens. Verumtam[en] in imagi[ne]

ne pertransit homo: sed et frustra conturbatur.
Thesaurizat et ignorat cui congrega
bit ea. Et nunc que est expectatio mea nonne
dominus: et substantia mea apud te est. Ab
omnibus iniquitatibus meis eripe me: ob
probrium insipienti dedisti me. Obmutui
et non aperui os meum: quoniam tu fecisti a
move a me plagas tuas. A fortitu
dine manus tue ego defeci in increpaci
onibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam
eius: verumptamen vane conturbatur o
mnis homo. Exaudi orationem meam domine
et deprecationem meam: auribus percipe la
crimas meas. Ne sileas quoniam adve
na ego sum apud te et peregrinus: sicut om
nes patres mei. Remitte michi

ut refrigerer priusquam abeam et amplius
non ero. Ps. Expectans expectavi
dominum: et intendit michi. Et ex
audivit preces meas: et eduxit me de
lacu miserie et de luto fecis. Et sta
tuit super petram pedes meos: et direxit
gressus meos. Et immisit in os meum
canticum novum: carmen deo nostro. Vi
debunt multi et timebunt: et sperabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non
respexit in vanitates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus mira
bilia tua: et cogitationibus tuis non est
qui similis sit tibi. Annunciavi et lo
cutus sum: multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblacionem noluisti: a
ures autem perfecisti michi. Holocaustum

⁊ p pcō nō postulasti: tunc dixi ecce
venio. In capite libri scriptū ē de
me ut facerē volūtatē tuā d's meus
volui: ⁊ legē tuā ī medio cordis mei.
Annūciaui iusticiā tuā ī ecc̄ magna: ecce
labia mea nō p̄hibebo d'ne tu scisti. Iu
sticiā tuā nō abscondi ī corde meo: veri
tatē tuā ⁊ salutare tuū dixi. Non abs
condi mīam tuā ⁊ veritatē tuā a cōcilio
multo. Tu autē dn̄e ne longe facias
miseraciones tuas a me: mīa tua ⁊
veritas tua semp suscepͥūt me. Qm
circūdederūt me iniquitates mee ⁊ nō
potui ut viderē. Multiplicate sūt
sup capillos capitis mei: ⁊ cor meū de
reliquit me. Complaceat tibi d'
ut eruas me: dn̄e ad adiuuandū me
me respice. Confundant' ⁊ reuereant'
simul: qui querūt aīam meā ut auferāt
eā. Cōuertant' retrorsū ⁊ reuereant':
qui volunt michi mala. Ferant cōfesti
cōfusionē suā: qui dicūt michi euge euge.
Exultēt ⁊ letent' sup te oēs querētes
te: ⁊ dicāt semp magnificet' d's qui di
ligūt salutare tuū. Ego autē mēdi
cus sū ⁊ paup: d's sollicitus ē mei. Ad
iutor meus ⁊ ptector meus tu es: d's meus
ne tardaueris. ant. Ut nō delinquā ī lingua
B[...] qui in mea. ant. Sana d'. Ps.
Beatus qui intelligit sup egenū ⁊ paupere: in
die mala liberabit eū d's. Dn̄s cōseruet
eū ⁊ viuificet eū ⁊ beatū faciat eū ī terra.
⁊ nō tradat eū ī aīam inimicoꝝ eius. D
Dn̄s opē ferat illi sup lectū doloris

eius: uniuersū stratū eī ūsasti ī infir
mitate eius. Ego dixi dn̄e miserere
mī: sana aīaȝ meaȝ q̄ peccaui tibi. +
Inimici mī dixerūt mala m̄: qn̄
morietᷣ ⁊ pibit nom̄ eius. Et si in
grediebatᷣ ut uideret uana loquebatᷣ
cor eī ꝯgregabit iniquitatē sibi. E
grediebatur foras: ⁊ loquebatᷣ in id
ipȝ. Adūsū me susurrabāt oēs inimi
ci mī: adūsū me cogitabāt mala
michi. Uerbū iniquū ꝯstituerūt
adūsū me: nūquid qui dormit nō
adiciat ut resurgat. Et eᷣ hō pacis
mee ī quo speraui: qui edebat pa
nes meos magnificauit sup me sup
plantacōēȝ. Tu aut̄ dn̄e miserere
mī ⁊ resuscita me: ⁊ retribuā eis. + II

In hoc cognoui qm̄ uoluisti me:
qm̄ nō gaudebit inimicᷣ mēs sup me.
Me aut̄ ppᷣ īnocenciā suscepisti:
⁊ ꝯfirmasti me ī ꝯspectu tuo ī eternū.
Bn̄dictus dn̄s dēs isrl': a sclō ⁊ in
seculuȝ fiat fiat. Ps xli.

Quem ad modū desiderat cer
uus ad fontes aq̄r: ita deside
rat aīa mā ad te dēs. Sitiuit aīa
mā ad dm̄ fontē uiuū: qn̄ ueniaȝ ⁊
apparebo an̄ faciē dei. Fuerūt m̄ lac
me mee panes die ac nocte: dū di
cunt m̄ cotidie ubi ē dēs tuus. Hec
recordatus sū ⁊ effudi ī me aīaȝ meā:
qm̄ transibo ī locū tabnaculi admi
rabilis usq; ad domū dei. In uo
ce exultacōis ⁊ ꝯfessiōis: sonus e

epulantis. Quare tristis es anima mea
et quare conturbas me. Spera in deo quoniam
ad huc confitebor illi: salutare vultus
mei et deus meus. Ad me ipsum anima mea
turbata est: propterea memor ero tui de terra ior
danis et hermoniim a monte modico. A
byssus abyssum invocat: in voce cataracta
rum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui
super me transierunt. In die manda
vit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo
susceptor meus es. Quare oblitus es
mei: et quare contristatus incedo dum affligit me
inimicus. Dum confringuntur ossa mea: expro
braverunt mihi qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies ubi est
deus tuus: quare tristis es anima mea et quare contur

bas me. Spera in deo quoniam ad huc confi
tebor illi salutare vultus mei et deus meus.
ant. Sana domine animam meam quia peccavi tibi. ant.
Deus auribus nostris Eructavit. Ps.
carnis mala retunde. framea tua. Pro
cul a nobis a nobis perfidus absistat. sathan
armis tuis viribus confractus. sanctus assistat spiritus
a tua sede dimissus. Gloria deo sit eterno
patri. sit tibi semper genitoris nate. cum quo
equalis. spiritus per cuncta secula regnat.
amen. Psalmus de passione. ad vesperas.

Vexilla regis prodeunt. Ymnus.
fulget crucis misterium. quo carne
carnis conditor. suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper. mucrone diro
lancee ut nos lavaret crimine. mana
vit unda sanguine. Impleta sunt que
concinit. david fidelis carmine. dicens
in nationibus. regnavit a ligno deus. Ar
bor decora et fulgida. ornata regis pur
pura. electa digno stipite. tam sancta membra
tangere. Beata cuius brachiis. seculi pepen
dit precium. statera facta corporis predam
que tulit tartari. O crux ave spes u
nica. hoc passionis tempore. auge piis iusticiam
reis que dona veniam. Te summa deus
trinitas. collaudet omnis spiritus. quos per
crucis misterium. salvas rege per secula.

Amen. Ad nocturnum. ymnus.

Pange lingua gloriosi ⁊ plīū certa
minis. ⁊ sup crucis trophēū dic tro
pheum triūphū nobilem. qualr redemptor
orbis imolatus vicerit. De parentis pro
thoplausti. fraude fc̄a condolēs. q̄n pomi
noxialis. morte morsu corruit. ipse lignū
tūc notauit. dampna ligni ut solueret.
Hoc opus nostre salutis ordo depoposce
rat. multi formis proditoris ars ut artē
falleret. ⁊ medellā ferret inde hostis unde
leserat. Quando uenit ergo sacri plen
tudo temporis. missus ē ab arce patris. na
tus orbis conditor. atq̄ uentre uirginali
caro fc̄s prodiit. Vagit infans inter arta
cōdit⁹ presepia. mēbra pannis inuoluta
uirgo mater alligat. ⁊ manus pedesq̄

crura stricta cingit fascia. Gloria ⁊ honor
deo usq̄ quo altissimo. una patri filioq̄ i
clito paraclito. cui laus est ⁊ potestas.
p eterna secula. Ad laudes. ymnus.

Lustris sex quam peractis tēpus implēs
corporis. se uolēte natus. ad hoc p
passioi deditus agnus i cruce leuatū im
molandus stipite. Hic acetū fel arundo
sputa claui lancea. mite corpus pforat.
sanguis unda profluit. terrā pontus astra
mundus quo lauantur flumine. Crux fi
delis inter omnes. arbor una nobilis.
nulla silua talem profert fronde flore
germine. dulce lignū dulces clauos.
dulce pondus sustinet. Flecte ramos
arbor alta. tensa laxa uiscera. ⁊ rigor lē
tescat ille q̄ dedit natiuitas. ut superni

membra regis intimi tendas stipites. Sola digna tu fuisti ferre secli precium. atque portum preparare nauta mundo naufrago quem sacre cruor perunxit fusus agni corpore. Gloria et honor deo. usque quo alleluia. Dominica prima. post pascha. ad vesperas ymnus.

Ad cenam agni prouidi. et stollis albis candidi. post transitum maris rubri. xpo canamus principi. Cuius corpus sanctissimum in ara crucis torridum cruore eius roseo. gustando viuimus deo. Protecti pasce vespere. a deuastante angelo. erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nostrum xps est. qui ymolatus agnus est. sinceritatis azima. caro eius oblata est. O vera digna hostia. per quam fracta sunt tartara redempta plebs captiuata redit ad uite premia. Cum surgit xps tumulo. victor redit de baratro. tyrannum trudens vinculo. et reserans paradisum. Quesumus auctor omnium. in hoc paschali gaudio. ab omni mortis impetu. tuum defende populum. Gloria tibi domine. qui surrexisti a mortuis. cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula.

Rex eterne domine. Tempore noctis ymnus.

Rex creator omnium. qui ante secula. semper cum patre filius. Qui mundi in primordio. adam plasmasti hominem. cui tue ymaginis. vultum dedisti similem. Quem diabolus deceperat. hostis humani generis. cuius tu formam corporis. assumere dignatus es. Ut hominem redimeres. quem ante iam plasmaueras. et nos deo coniungeres. per carnis contubernium. Quem editum

ex virgine pavescit omnis anima. per quem
nos resurgere devota mente credimus.
Qui nobis per baptismum donasti indulgentiam. qui tenebamur vinculis. ligati conscientie. Qui crucem propter hominem suscipere dignatus es. dedisti tuum sanguinem nostre salutis precium. Quesumus auctor omnium. Gloria tibi.

Ad laudes. ymnus.

Aurora lucis rutilat. celum laudibus intonat. mundus exultans iubilat. gemens infernus ululat.
Cum rex ille fortissimus. mortis confractis viribus. pede conculcans tartara solvit a pena miseros.
Ille qui clausus lapide custoditur sub milite. triumphans pompa nobili. victor surgit de funere.
Solutis iam gemitibus et inferni doloribus. quia surrexit dominus. resplendens clamat angelus.

Tristes erant apostoli de nece sui domini. quem pena mortis crudeli. servi dampnaverunt impii.
Sermone blando angelus. predicit mulieribus in galilea dominus videndus est quotocius.
Ille dum pergunt concite apostolis hoc dicere. videntes eum vivere. osculantur pedes domini.
Quo agnito discipuli. in galileam propere. pergunt videre faciem. desideratam domini.
Claro paschali gaudio. sol mundo nitet radio. cum christum iam apostoli. visu cernunt corporeo.
Ostensa sibi vulnera. in christi carne fulgida. resurrexisse dominum. voce fatentur publica.
Rex christe clementissime. tu corda nostra posside. ut tibi laudes debitas. reddamus omni tempore. Quesumus auctor. omnium. Gloria tibi domine.

In ascensione domini nostri ihesu christi. Ad vesperas ymnus.

Ihesu nostra redemptio. amor et desiderium. deus creator omnium. et homo in fine temporum. Que te vicit clementia. ut ferres nostra crimina. crudelem mortem patiens. ut nos a morte tolleres. Inferni claustra penetrans. tuos captivos redimens. victor triumpho nobili. ad dexteram patris residens. Ipsa te cogat pietas. ut mala nostra superes. parcendo et voti compotes: nos tuo vultu saties. Tu esto nostrum gaudium. qui es futurum premium. sit nostra in te gloria. per cuncta semper secula. Amen. *Ad nocturnum ymnus.*

Eterne rex altissime redemptor et fidelium. quo mors soluta deperit. datur triumphus gratie. Scandens tribunal dextere. patris potestas omnium. collata ihesu celitus. que non erat humanitus. Ut trina rerum machina. celestium terrestrium. et infernorum condita flectat genu iam subdita. Tremunt videntes angeli. versa vice mortalium. culpat caro purgat caro. regnat deus dei caro. Tu esto nostrum gaudium. manens olimpo premium. mundi regis qui fabricam. mundana vincens gaudia. Hinc te precantes quesumus. ignosce culpis omnibus. et corda sursum subleva. ad te superna gratia. Ut cum repente ceperis. clarere nube iudicis. penas repellas debitas. reddas coronas perditas. Gloria tibi domine. qui scandis super sydera. cum patre et sancto spiritu. in sempiterna secula. Amen. *In pentecoste. ad vesperas. ymnus.*

Veni creator spiritus. *ad iii. ymnus.* mentes tuorum visita. imple superna gratia.

que tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris. donum dei altissimi. fons vivus ignis caritas. et spiritalis unctio. Tu septiformis munere. dextere dei tu digitus. tu rite promissum patris. sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus. infunde amorem cordibus. infirma nostri corporis. virtute firmans perpeti. Hostem repellas longius. pacemque dones protinus. ductore sic te previo vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem. noscamus atque filium. te utriusque spiritum. credamus omni tempore. Gloria patri domino. natoque qui a mortuis. surrexit ac paraclito in seculorum secula. Amen. Ad nocturnum ymnus.

Iam xpistus astra ascenderat. regressus unde venerat. promissum patris

munere.

munere. sanctum daturus spiritum. Solemnis urgebat dies. quo mistico septemplici. orbis volutus septies. signat beata tempora. Dum hora cunctis tertia. repente mundus intonat. orantibus apostolis. deum venisse nuntiat. De patris ergo lumine. decorus ignis almus est. qui fida xpisti pectora. calore verbi compleat. Impleta gaudent viscera. afflata sancto spiritu. voces diversas intonant. fantur dei magnalia. Ex omni gente cogniti. grecis latinis barbaris. cunctisque admirantibus. linguis loquuntur omnium. Iudea tunc incredula. vesana torvo spiritu. ructare musti crapula. alumpnos xpisti concrepat. Sed signis et virtutibus. occurrit et docet petrus. falsa profari perfidos. iohel teste comprobans. Gloria patri domino.

Beata nobis gaudia ¶ Ad laudes.
anni reduxit orbita. cum spiritus. ymn'.
paraclitus. refulsit in discipulos. Igne
vibrante lumine. lingue figuram detu
lit. verbis ut essent proflui. et caritate fer
vidi. Linguis loquuntur omnium. turbe
pavent gentilium. musto madere deputant
quos spiritus repleverat. Patrata sunt hec
mistice. pasce peracto tempore. sacro dierum
numero. quo lege fit remissio. Te nunc deus
piissime. vultu precamur cernuo. illapsa
nobis celitus. largire dona spiritus. Dudum
sacrata pectora. tua replesti gratia. dimitte
nunc peccamina. et da quieta tempora.
Gloria patri domino. ¶ In festo beatissime
Tu maiestatis solio. trinitatis. y. ad v.
tres sedent in triclinio. nam nomine

consolatio. completa solitario. Eterne mentis
oculo. dum pater ipse flectitur. in lucis
sive speculo. ymago par exprimitur. Ima
ginis consortium. nativus plene exitus.
consors et spirans gaudium. ingenitus
et genitus. In tribus est simplicitas.
quos non distinguit qualitas. nec ob
stat tribus unitas quam amplificat immen
sitas. Per solam unam originis co
mmunio fit minimus. natum ducitur in
geminus. notum et spiraminis. In
genito et genito. cum spiritu paraclito. honis sim
pliciter debito. psallamus corde devoto.
Amen ¶ Ad nocturnum ymnus.
O lux beata trinitas. tres unum et
trium unio. in personis unitas in trium
distinctio. O par invisibilibus. nam semper

pullulans. ponderis tu verbalis. verbo
virtutis baiulans. O verbo in principio pa
terne splendor glorie. tu conditoris radio.
lux cordium fons venie. O amor sancte spiritus.
concordie spiraculum. finis dulcoris alitus
pax federis fructus osculi. Pater gignit
ymaginem. equalem sibi penitus solamque
per originem. ab ipsis differt spiritus. Tres
unum deum colimus. unam trinum credimus.
tribus unum impendimus honoris reverentiam.
Amen. **Ad laudes ymnus.**

Festi laudis hodierni. ritu ductus
gaudio. cives gaudio summi. cele
brant preconio. regem trinum qui est trinus
chori laudant mutuo. Tanta melos con
sonantem tam clarus munere. venerem
regem trinum. vox nostra ope. que lex

ubere masculinum. tu in unio colere. Sin
gularem maiestatem decus cui perimus. Sacro
sancte trinitati sit perhenne gaudio in qua si
mus nos beati. per xpistum filium. Amen.

In sollempnitate corporis xpisti in utrisque vesperis ymnus.

Pange lingua gloriosi
corporis misterium. sanguinisque preci
osi quem in mundi precium. fructus ventris
generosi rex effudit gentium. Nobis da
tus nobis natus ex intacta virgine. et in mun
do conversatus sparso verbi semine. sui moras
incolatus miro clausit ordine. In supreme
nocte cene recumbens cum fratribus. observata
lege plene cibis in legalibus. cibum turbe duo
dene se dat suis manibus. Verbum caro pa
nem verum verbo carnem efficit fitque sanguis
xpisti merum et si sensus deficit. ad firmandum

cor sincerum sola fides sufficit. Tantum
ergo sacramentum veneremur cernui. et an-
tiquum documentum novo cedat ritui.
prestet fides supplementum sensuum defectui.
Genitori genitoque laus et iubilatio.
salus honor virtus quoque sit et benedictio.
procedenti ab utroque compar sit laudatio. Amen.
Sacris sollempniis iuncta Ad noct.
sint gaudia. et ex precordiis Ymnus.
sonent preconia. recedant vetera nova sint
omnia. corda voces et opera. Noctis reco-
litur cena novissima qua xps creditur
agnum et azima. dedisse fratribus iuxta legi-
tima. priscis indulta patribus. Post agnum
typicum expletis epulis. corpus dominicum
datum discipulis. sic totum omnibus quod totum
singulis. eius fatemur manibus. Dedit

fragilibus corporis ferculum. dedit et tristi-
bus sanguinis poculum. dicens accipite
quod trado vasculum. omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit. cuius officium
committi voluit. solis presbiteris quibus
sic congruit. ut sumant et dent ceteris. Pa-
nis angelicus fit panis hominum. dat pa-
nis celicus figuris terminum. o res mira-
bilis manducat dominum. pauper servus
et humilis. Te trina deitas unaque pos-
cimus. sic nos tu visitas. sicut te colimus.
per tuas semitas duc nos quo tendimus.
ad lucem quam inhabitas. Ad laudes.
Verbum supernum prodiens. nec Ymn.
patris linquens dexteram. ad opus
suum exiens. venit ad vite vesperam.
In mortem a discipulo suis tradendus

emulis. prius in uite ferculo. se tradidit di
scipulis. Quibus sub bina specie. carnem dedit
et sanguinem. ut duplici substantie. totum ci
baret hominem. Se nascens dedit socium
conuescens in edulium. se moriens in precium. se
regnans dat in premium. O salutaris hostia
que celi pandens hostium. bella premunt hosti
lia. da robur fer auxilium. Uni trinoque do-
mino sit sempiterna gloria. qui uitam sine termi
no. nobis donet in patria. Amen. In con
uersione sancti pauli. Ad uesperas. et ad noct. ymnus.
Doctor egregie paule mores instrue.
Et mente polum nos transferre satage.
donec perfectum largiatur plenius. euacuato
quod ex parte gerimus. Sit trinitati sem
piterna gloria honor potestas atque iubi
latio in unitate cui manet imperium. ex tunc

et nunc per eterna secula. Amen. Ad laudes ymnus.
Exultet celum laudibus. In cathedra sancti
petri. Ad uesperas. et ad noct. ymnus.
Quodcumque uinclis super terram stri
nxerit. erit in astris religatum fortiter. et
quod resoluit in terris arbitrio. erit solutum
super celi radium. in fine mundi iudex erit se
culi. Gloria deo per immensa secula. sit tibi nate
decus et imperium. honor potestas sanctoque spiritui.
sit trinitati salus indiuidua per infinita seculorum
secula. Amen. Ad laudes. ymnus.
Iam bone pastor petre clemens accipe.
uota precantum et peccati uincula resolue tibi
potestate tradita. qua cunctis celum uerbo clau
dis aperis. Sit trinitati sempiterna gloria.
Gratulemur hodie. In festo beati anto
Christo regi iocundius. nij ad ues. ymnus.

i cui' aula glorie. iam iubilat anthonius.
Francisci patris emulus. sic ille se co̅
parat. ut fonte maris riuulus. aquis
uite circu̅ferat. Longe lateq̄ diffluit.
sitiq̄ mortis aridos. uerbo salutis imbuit.
dans rore sacro nudos. Hic stigmati
qui baiulo p̄ri natus unitur du̅ predicat
de titulo co̅fixus ille cernitur. Sub tāto
duce militans uincendo se no̅ uincitur.
duci miles cohitans iam bello no̅ con
cutitur. Nos i campo certaminis. pa
trum zelantes gloriam. hic sthre niri no
minis. uincamus ignominiam. Pre
stet hoc nati genitor. hoc genitoris ge
nitus. ac pater utriusq̄ conditor. paraclit'
Laus regi ple | hoc sp̄s. Ad nat' ymnus.
Una gaudio. q mereer

militantiu̅. se ip̄m dat anthonio. militie
stipendiu̅. Anthoni uir egregie qui tue
ue q̄ p̄ronetas. hic uiuens s̄p̄s gl'e
xp̄m iudex acceptas. Pro te digna du̅
moreris | natiōr fit commotio margarite
no̅ fimetis cuius fias possessio. Hui'
honorem gl'e portetis i padua q̄ tantis
ite gr̄e manes i donis irrigua. Pater
p̄cum filio consolator q̄ sp̄s. acrimoniu̅
otagio nos hic emundet funditus.
Ihesu lux uera mentiu̅. Ad L. yn'.
nos illustra diluculo / tot signis
p anthoniu̅ op̄ituco fulgens seculo.
Hic nautis i naufragio. signo salutis
affuit. quib; sub undis medio. me duci
tum p̄buit. Hereticu̅ lux fidei. signo
purgat du̅ uicit. ab alto uasis uitrei fra

gilitas nō frangitur. Irrisor lucis gře
signorum languet clericus. post uotū sin
gens glorie. scā fit testis publicus. Pe
hinc nos pater luminū signes ⁊ lux de
lumine. illustratoris omnium cū spiritus
numine. Amen. In nat. beati io-
hanis baptiste. Ad uesperas ymnus.

Ut queant laxis resonare fibris.
Mira gestorum famuli tuorum solue
polluti labii reatū scē iohēs. Nuncius
celso ueniens olimpo. te pri magnū fo
re nascitur. nom̄ ⁊ uite seriem gerende or
dine promit. Ille promissi dubius
supni. perdidit prompte modulos loque
le. s; reformasti genitus perempte organa u
ocis. Uentris obstruso recubans i
cubili. senseras regem thalamo manētē

hic parens nati. meritis uterq; abdita
pandit. Gloria patri genitęq; proli. ⁊ ti
cōpar utriusq; semp spūs alme dēs unus
omni tēpe scłi. Ad noct. ymnus.

Antra deserti teneris sub annis ciu
ium turmas fugiens petisti ne le
ui saltē maculare uitam famine posses.
Prebuit hirtū. tegimen camelus. ar
tub; sacris strophiū bidentes. cui latex
haustū. sociata pastum mella locustis.
Ceteri tm̄ cecinere uatū corde psago
iubar adfuturū tu quidē mūdi scelus
auferentem. idice prodis. Non fuit ua
sti spaciū p orbis. sanctior quisq̄ genit
iohe. qui nephas secli meruit lauantē
tingere limphis. Gloria pri genitęq; p
li. Ad laudes ymnus.

O nimis felix meritisque celsi. nesci
as labe niuei pudoris. potens mar
tir heremique cultor maxime uatum. Serta
ter denis alios coronant. aucta crementis du
plicata quosdam trina centeno cumula
ta fructu te sacre ornant. Hunc potens
nostri meritis opimis. pectoris duros la
pides repelle. asperum planans iter et refle
xos dirige calles. Ut pius mundi sa
tor et redemptor. mentibus pulsa liuione
puris. rite dignetur ueniens sacratos
ponere gressus. Laudibus ciues celebrant
superni. te deus simplex pariterque trine et
supplices ac nos ueniam precamur parce re
demptis. Amen. In festo sancti petri et
Aurea luce et decore ro pauli.
seo lux lucis omne perfusti seclum.

decorans celos inclito martirio. hac
sacra dies que dat reis ueniam. Ia
nitor celi doctor orbis pariter. iudices
secli uera mundi lumina per crucem alter.
alter ense triumphans uite senatum laureati
possident. Sit trinitati sempiterna gloria.
honor potestas atque iubilatio. in unita
te cui manet imperium ex tunc et modo per e
terna secula. Amen. Ad noct. ymnus.
Eterna christi munera apostolorum gloria.
gloria. Ad laudes ymn. Iam bone pa
stor. In conuersione sancti pauli ad ues.
et noct. ymnus. Doctor egregie pau
le mores instrue. Sit trinitati sempi
terna gloria: honor potestas atque iu.
Doctor egregie paule. Ad laudes
ymn. Exultet celum laudibus. In purif.

In secundis vesperis. Visitacionis beate
et gloriose virginis marie. ymnus.

In mariam vite viam matrem ve
niam inventam. pie venit qui redi
mit peccata delinquentium. Gressum ce
pit cum concepit maria vultu propero. in
stituit confortavit. helisabeth compatiens.
Salutatur inflammatur helisabeth et filius.
inaudita sunt ista de dono sancti spiritus. Im
pregnata fecundata mater olim sterilis. in spe
datus nondum natus exultat christo iubilis.
Senuit maior gaudet minor. maria fert
solatium visitans properans ad spiritum propheta
cum Precursorem et doctorem maria ple
bi indicat. qui rectorem purgatorem di
gito mundo nunciat. Veniam gregem
duc ad regem. maria cunctos visitans.

ut salutet et letetur cum suis mater meditans.

O Xpi mater Ad nocturnum ymnus.

O Xpi mater
celica. tu fons vivus fluens gratia.
lux pellens cuncta scismata maria deo pro
xima. Ex motu veri luminis. transsilivit
in monticulis. virgo iuvare vetulam de pre
cursorem gravidam. Mater venit de naza
reth ut salutet helisabeth. repleta dono
spiritus sancti avus et eius filius. Helisabeth com
placuit quod mater dei affuit infans gau
det in utero presente christo domino. Marie visi
tatio. exemplum dat probatum quod sit para
ta omnibus. ipsam pie querentibus. Trinitatis
clementia cuncta laxet facinora. per merita
christi merita nos ducat ad celestia. Amen.

Ad laudes ymnus.

De sacro taberna
culo virtutum flos egreditur in montis

diuerticulo odor marie spargitur. Ca-
ritatis germine helisabeth appropi-
at. & pietatis culmine ipsam deuoto ui-
sitat. Salutat seruam domina. hec
mater xpi nominat. conferuntur ignes gratie
matre & prolem satiat. Cum xpi incarna-
tio. per mundum natum panditur. hunc ado-
rat cum gaudio. qui uentre matris claudi-
tur. Clamat senex iubilo uidens ma-
rie gloriam. beata credens angelo fu-
sa rem ueridicam. Hic stupet rex re-
gula. nature mutans ordinem. ubi fuit
inmacula. per solum celi principem. Pia
uirgo pulsima sufficiens auxilium. cum
sis mater largissima. nos uisites in seculum.
Amen. In sancte marie magdalene.
ad uesperas & ad noct. ymnus.

Nardi maria pistici. sumpsit libram
mox optimi. unxit beatos domini pe-
des rigando lacrimis. Honor decus
& imperium sit trinitati unice patri nato
paraclito per infinita secula. Amen. Ad la-
udes ymnus. Huius obtentu. Gloria patri
genite que proli. In uincula sancti petri.
ad uesperas & ad noct. ymnus.
Petrus beatus catenarum laqueos.
xpo iubente rupit mirabiliter. cu-
stos ouilis & doctor ecclesie. pastorque gre-
gis. conseruator ouium arceat luporum truc-
lenta rabiem. Gloria deo per inmensa secu-
la. sit tibi nate decus & imperium honor pote-
stas sanctoque spiritui sit trinitati salus indiuidua
per infinita seculorum secula. Amen. Ad lau-
des. Iam bone pastor. In sancte.

clare virginis. In primis vesperis.

Concinat plebs fidelium. ymnus
virginale preconium. matris xpi
vestigium. quod novitatis gaudium. Pau
per primo genita. dono celesti predita. ob
tinet sua merita. reddita vite premia. N
ovum sydus emicuit. candor lucis ap
paruit. nam lux que lucem influit. claram
clarere voluit. Claris orta natalibus. mox
omnibus relictis omnibus. vacat plenis affectibus
pietatis operibus. Sub paupertatis regula
patris francisci sedula. docta xpi discipu
la. lucem respergit secula. Mundanis ꝯcro
uitetur. matri xpi conectitur. xpo prorsus
unitur. pauperem paup sequitur. Spretis
nativo genere mundi et carnis federe: et
clauditur velud carcere. dives supremo mu

nere. Plaudit velud tumulo. neque sub
ducta seculo. patet in hoc ergastulo. soli
dei spectaculo. Tegmina carnis vilia.
urgens famis inedia. arta quoque ieiunia.
sit domandi spatia. Virginis huius me
rito. laus patris sit ingenito. gloria unige
nito. virtutis summa paraclito. amen. Ad noct.

Gaudeat virgo filias. metris ymni.
materne consocias. xpi sponsas consortes
corruptionis inscias. Clarum nomen effu
ditur. fama nomen extendit. fco doctrina pro
dit. virtus divina pandit. Construunt
cenobia. vasta per orbis spatia. crescit soror
copia. claret matris notitia. Deficit et
virtus corporis. morbo pluri et temporis.
sumit augmentum roboris. virtus sacrata pec
toris. Tandem languore premitur. leta in

mis egreditur. dies extrema claudit. spiritus
celo redit. Te professi tres laudibus. pius
cum voto precibus. adesto postulantibus. tuis
virgo supplicibus. Virginis huius meritum.
O Clara luce clarior. Ad L. ymnus.
lucis eterne filia. dies ista sollempni
or. tua colit sollempnia. Vite labentis
gaudia spernendo xpm sequeris. pascentem
inter lilia tu que cum ipso pasceris. Iusto
sacrarum virginum. omni virtute predita. du
cis ad sponsum dominum. per puellarum collegia.
Francisco duci militans. et imitans eius per
lia. carnem namque subdidistis mundum atque
demonia. Tamque in regno lumine. patri
cum regnans filia. da te sequentium agminum.
recta fore vestigia. Sit patri nato flamini.
decus honor et gloria. nosque commendet in

num sancte clare suffragia. Amen. In secundis
Stella clara et preclara. vesperis. ymnus.
eterni solis radio. te nunc duce gau
deant luce. verbum nostra redemptio. In
tus foris tui amoris. illuxit clare claritas.
in qua fulgens et refulgens. olim beata
trinitas. Xpo caram reperit claram. Fran
ciscus ultor in mundi. clara corda ducit cor
da. ad cenam agni providi. Clara viam
et mundana. doctrina huius plenissime. in quo
vero modo miro. vexilla regis prodeunt.
Nutu xpi genuisti fulgentem prolem
moribus. de quo dono vere bono. exultet
celum laudibus. Fugas mortem pellis
fortem paniceque huic filie. turba pascis
sed hec facis summe omnis clementie. Tibi agil
leo magnus respondet vera hostia. per q

dant q3 sperantur beata nobis gaudia. De-
us pater vbis frater nostros gubernet e-
xitus. i hoc festo clare gesto venit creator
spiritus. ¶ In assumpcione et i oibz aliis
solempnitatibz bte virginis ¶ Ad vs ymn⁹.

Ave maris stella. dei mater alma.
Atque semp virgo. felix celi porta.
Sumens illud ave. gabrielis ore. fun-
da nos i pace. mutans nom eue. Solue
vincla reis profer lumen cecis. mala nra
pelle. bona cuncta posce. Monstra te ee
matre sumat p te pces. qui p nob natus
tulit esse tuus. Virgo singularis inter
oms mitis nos culpis solutos mites
fac et castos. Vitam presta puram iter para
tutum. ut videntes ihm semp colletemur.
Sit laus deo patri. summo xpo decus. t

spu sco tribus honor unus. Amen.

Quem terra pontus ¶ Ad nocturnu
ethera colit adorant predicat. ymn⁹.
trinam regentem machinam claustrum ma-
rie baiulat. Cui luna sol et omnia. des-
uiunt p tpa. pfusa celi gra. gestant pue-
lle viscera. Beata celi nuncio mater
munere cuius supnus artifex. mundum pu-
gillo continens ventris sub archa clausus
est. Bta celi nuncio fecunda sco spu de-
sideratus gentibz cuius paluu fusus e.
Gla tibi dne qui natus est de virgine.
cu pre sco spu in sempiterna secula. Amen.

O Gloriosa dna. Ad laudes. ymn⁹
excelsa sup sydera. qui te creauit
provide lactasti sacro ubere. Quod eua tri-
stis abstulit tu reddis almo germine. i

trent ut astra flebiles celi fenestra facta es.
Tu regis alti ianua et porta lucis fulgi
da. uitam datam per uirginem gentes rede
mpte plaudite. Gloria tibi domine. In fe
sto sancti ludouici episcopi. in primis ue
Urgente mundi uespere. speris. y.
sol mundo misit uesperum. qui mi
cans ut in ethere. lucem monstrauit oper.
Ludouicus per omnia ductu diuine gratie.
uersus est ab infantia. solem sequens
iustitie. Regali stirpe genitus. contem
psit primo geniti. regno terreno penitus
mentes carens gratuita. Detentus in yspa
ep Claret per patientiam. nam passus
minus grauia. praefert semper letitiam. Il
Quum pater in exilium. datur solerti stu
dio. xps eius in gremio suo profudit radio.

quo repletus deifice. praefert cunctis sal
uifica ubique fans auctentice. dei preco
mirifica. Factus francisci filius.
uirgo gaudens ut lilium. fit et presul exi
mius. collega nunc celestium. Patri ge
nito que flamini. deuoti reddant agmina
laudem condignam munium. per uespertina cri
mina. Amen. Cum nocte. ymnus.
Cum medium silentium. nunc continet
omnia. cetus canit festiuum. lu
douici preconia. In nocte nempe secli.
plenus fulsit uirtutibus. clarus director
populi. uelud celum syderibus. Hic sple
det sapientia. innitescit et uirginitas. ornat et
mia. rubetque feruens caritas. Hic re
gulat religio. motum firmat tranquilli
tas. extollit contemplatio. purificat humili

tas. Hic pater ab initio. virtutum u
niversitatis. quas vite magisterio. scrip
sit beata trinitas. Tu quis plenus vir
tutibus. fuisti sine initio. tuis sacris in flori
bus. nos iuva cursu proprio. Et qui
minor habitus. portasti minor ceteris.
post vite angustis militiam. tibi devotos
supplicis. Quorum ore novo more. congau
deat massilia. que preclara. novi sacer
pris magnalia. Trino deo et simplici.
digna laudes perambula. sint et tanto po
tifici per infinita secula. Amen. Ad laudes ymni.

Vt lux aurore rutilat. lucifer
soli plenus. sic ludovicus simula
tur vere lucis filius. Nam iubar summi
syderis: semper gessit in facie. dum nostri pa
tuneris. ad hunc foret in acie. Qui mira

supsum vitas. hic angelis parificat. et
somprolentos excitans. nos spiritu letificat.
Umbram mortis exterminat. fulgore
sapientie. sed cor clarius illuminat. per cultum sci
monie. Et sui doloris temperat. silias
eius compassio. carnem quoque suam macerat.
in pauperum collegio. Ergo pater inclite.
procura tibi subditis. in patria cum fove
te. nos habundare meritis. Laus ho
nor virtus gloria. trinitati deifice. que cunc
tos extat premia. sit pro tanto pontifice.
Amen. In secundis vesperis ymnus.

Ludovicus ut amicus christi subdidit.
Amor virgium. dum preclara nobis cura.
proles de celo producit. Non curabatur +
dum arcetur propatri iussu regio. sic me
retur ut laudetur. in celesti collegio. Est p

mussi post exilium. minor cunctis cor
dula. ergo toto cordis voto. plaudat
turba paupercula. Luminosa indutio sto
la. candet princeps ecclesie. cui plau
tam beato. congratulemur hodie. Sici
eo cunte deo. viget omnis perfectio. cu
ius vita fuit ita. Laus regi plena gau
dio. Tu cuius prece nos auctor p
trinitatis beatum. liberatos fac beatos.
ubi lux vera mentium. Amen. In ex
altacione. et in invencione sancte crucis. a

O Crux ave spes unica. ymnus.
Hoc exultationis. vel inventionis
tempore. auge piis iustitiam. reis que do
na veniam. Te summa deus trinitas.
collaudet omnis spiritus quos per crucis mi
sterium salvas rege per secula. Amen.

In festo impressionis sacrorum stigma
tum beati francisci. Ad vesperas. ymnus.

Crucis xpi mons alverne rece
set misteria. ubi salutis eterne
dantur privilegia dum franciscus dat lu
cerne. crucis sua studia. Hic in monte
in devotus specu solitarius pauper mundo
semotus condemnat ieiunia. vigil orans
ardens totus crebra dat suspiria. So
lus ergo clausus orans mente sursum
agitur. sic gestis crucis plorans merore
conficitur. crucis quoque fructum implorans
animo resolvitur. Ad quem venit rex e
celo amictu seraphico. sex alarum tectus
velo aspectu pacifico. affixus quoque crucis
telo portentu mirifico. Cernit servus
redemptorem passus impassibilem. fidor

imperatorem tam piu tam humilem. Ve-
ter montis i flammatur uicinis cinerib.
cor francisci transformatur amoris ardori
bus. corpus uero mox ornatur miranda
stigmatib. Collaudetur crucifixus to
lens mundi scelera. quem laudat cruci
fixus crucis ferens uulnera. franciscus
prorsus uictus sup xpi federa. Amen.
CRucis arma fulgentia Ad noct. ps.
audit franciscus dormiens. xpm
dicentem audiens. tua erunt hec omnia.
Crucis uis et refugium. hec crucis arma
prebuit. quib franciscus induit. ad uer
sus ad uersarium. Crucis sacrata lectio.
ter francisco sepbuit. dum ter librum ap
peruit. pro uictus i domino. Crucis r
deuotio. francisci traxit studia. cunctiq

cordis gaudia. cum omni desiderio Cru
cis ut ad supplicium. xpm franciscus po
situm. uidit et audit monitum hec sequere
uestigium. Crucis herens uestigiis. cru
cis fructum consequitur. quo corde carne pun
git. consignatur i dictis. Crucis uir
tus et gra nos consignet i frontib i membris
et i sensib protectionem custodiam. Amen.
In festis uis. vii. Plaude turba paupercu
la. pre dicta pauper. laudis propina.
In festo anglorum. ad uespas et ad noct.
Tibi xpe splendor patris. ymnus.
uita uirtus cordium. i conspectu ange
lorum uotis uoce psallimus. alternantes
concrepando melos damus uocib. R.
Collaudamus uenerantes omnes celi
milites. sed precipue primatem celestis exer

citus. michaelem in virtute. conterentem za
bulon. Quo custode procul pelle rex xpe
piissime. omne nephas inimici mundo
corde et corpore paradiso redde tuo. nos so
la clementia. Gloria patri melodiis. perso
nemus vocibus. gloriam xpo canamus
et gloriam paraclito. qui deus trinus
et unus. extitit ante secula. Amen. *Ad T.*
Xpe sanctorum decus angelorum. *Ymnus.*
rector humani generis et auctor.
nobis eterne tribue benignus scande
re celum. Angelum pacis michael mich
el ad istam celitus mitte rogitemus au
lam nob ut crebro veniente crescat pro
spera cuncta. Angelus fortis gabri
el ut hostem pellat antiquum. volitet ab
alto. sepius templum veniens ad istud.

i sede nostrum. Angelum nobis medicum
salutis. mitte de celis raphael ut omnes
sanet egrotos. pariterque nostros diri
gat actus. Hic dei nostri genitrix
maria. totus et nobis chorus angelorum.
semper assistat simul et beata contio tota. R
Prestet hec nobis deitas beata. patris
ac nati pariterque sancti. spiritus cuius robo
rat in omni gloria mundo. Amen. *In fe*
sto beati francisci. In primis vesperis.
Proles de celo prodijt. *Ymnus.*
novis utens prodigiis. celum ce
cis aperuit. siccis mare vestigiis. Spoli
ans egiptios. transit dives sub pauperis. nec
rem nec nomen perdidit. factus felix pro
missis. Assumptus cum apostolis. in
montem novum luminis. in paupertatis p

dys. xpo franciscus i tulit. Hac tria
tabernacula. notum secutus symonis.
q hui' nō deseruit. numen vl' omen no
minis. Legi pplx gre. gratiā gerens
obsequiū. trinitatis officium. festo sol
lempni celebrat. Cum repat uirtutib'
hospes triplex hospitiū. ɔbtre mentiū. t
diū templū xpo ɔsecrat. Domum pe
tam ɔ tumulu. pat' francisce uisita. ɔcue
prolem infantem. a sōpno mortis excita.
In excellenti collegio. Ad noct' ym.
nouus collega colitur. i scor ro
sario. nouellus flos producitur. Fran
ciscus florens grā. forma fcs humilitate.
letus potit' glā. fortis ɔ fors sublimiū. t
Metit disperso semine. plene messis
manipulū. fallens sub tecte tegmine. no

stre salutis emulum. Hic carnis sup
ciliū. legi subiecit sps. minorū inicit ɔ
uiuum. se metio uictor i christus. Lingue
manus pre ambula. uerbo pauit seruuti.
ɔplectunt' secula. doctrinam sco pro
ditum. Et paupertatis predio. minor plan
tans uinei. ostendit magisterio. uite
uiuendi lineam. Ad eternas diuitias.
turbam alerit pauperum. quos ad celi
delicias. ligna nocuit opum. Uita t
doctrina splenduit. resplendet ɔ miracu
lis. sic preficit q proficit una lucerna po
pulis. Summi regis palatio. doctor locat
discipulos. salutis priuilegio. xpi pmu
ni famulos. De tenebris miserie. sequa
ces stelle pme. queramus patriam gre.
ɔsortes tandem glorie. Amen. Ad. R.

Plaudat turba paupercula. ymn⁹.
patre ditata paupere. laudis pro
pria porcula. sacro depssa ulere. Hic sim
plex rectus humilis. pacis cultor amabi
lis. lumen ī uase fictili. ardens lucet in
fragili. Tali contentus tegmine. sco
calescens flamine. uicit algore carnali
xpi dū gestat stigmata. Carne mū
dum q; cōterens. hostes malignos p
terens. auream uictor meruit. aureo
lam dum docuit. Paup mundus egre
ditur. celū diues ingreditur. spargit uē
datū munera. egris profligat uulnera.
Decorum pater pauperū. nos pauperes
fac spiritu. consortes redde superis. erep
tos ab interitu. Patri nato paraclito.
decus honor & glīa. sci sit huiꝰ merito. no

bis eterna gaudia. Amē. Cū sis ueis ẏ.
Decus morū dux minorū. franciscus
tenēs brauiū. ī te uite datur uite.
xpe redemptor omniū. Plaudat frat
regnat pater. cū ciuis celi ciuibꝰ. cedat
flectus psallat cetus. exultet celū laudi
bus. Emptū solo datū polo. signorū
probant opa. ergo uiuit nam audiuit.
eterna xpi munera. Protereēns uotis
plenis. reportat dona glorie. quē deco
ras q honoras. summe deus clementie.
Hunc sequitur huic iungantur. qui ex
egypto exeunt. ī quo duce clara luce.
uexilla regis prodeūt. Regis signū
duce dignū insignit manu latere. t
lux accedit nox recedit. iam lucis or
to sydere. Est dux fidus clarus sy

dus ducit relinquet de uia. deuitando de
monstrando. beata nobis gaudia. Mun
grege duc ad regem. collisor hostis cali
di. nos doncis et i ducis. ad celum a
gm promidi. Amen. In festo omnium
sanctorum ad vesperas. et ad noct. ymnus.

Xpe redemptor omnium. conserua tuos
famulos. beate semper uirginis. placa
tus sanctis precibus. Beata quoque agmina. celesti
um spirituum preterita presentia. futura mala
pellite. Vates eterni iudicis apostolli que do
suppliciter exposcamus. saluari nostris precibus.
Martires dei i clite confessores que lucidi. et
nostris orationibus nos ferte i celestibus. Chori
sanctarum uirginum. monachorum que omnium. simul
cum sanctis omnibus. consortes Christi facite. Gen
tem auferte perfidam. credentium de finibus.

ut p xpo laudes debitas. persoluamus a
lacriter. Gloria patri ingenito eiusque uni
genito. una cum sancto spiritu. in sempiterna
secula. Amen. Ad laudes ymnus.

Ihesu saluator seculi. redemptis ope
subuem. et pia dei genitrix. salutem posce
miseris. Cetus omnes angelici patri
archarum cunei. et plexerum merita. nobis precen
tur ueniam. Baptista tibi Christi preuius. et cla
uiger ethereus. cum ceteris apostolis. nos soluit
nexu criminis. Chorus sacratus marti
rum. confessio sacerdotum. et uirginalis casti
tas. nos a peccatis abluant. Monachorum
suffragia. omnes que ciues celici. annuant
uotis supplicum. et uite poscant premium. La
us honor uirtus gloria deo patri et filio. sancto si
mul paraclito in sempiterna secula. Amen.

In natale apostolorum. ad ves. ymnus.

Exultet celum *Ad laudes ymnus* laudibus. resultet terra gaudiis. apostolorum gloria. sacra canunt sollempnia. Vos secli iusti iudices et vera mundi lumina. votis precamur cordium. audite preces supplicum. Qui celum verbo clauditis. serasque eius solvitis. nos a peccatis omnibus. solvite iussu quesumus. Quorum precepto subditur. salus et langor omnium. sanate egros moribus. nos reddentes virtutibus. Ut cum iudex advenerit. christus in fine seculi. nos sempiternis gaudiis. faciat esse compotes. Deo patri sit gloria. eiusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen.

Ad nocturnum. ymnus.

Eterna christi munera. apostolorum gloria. laudes canentes debitas. letis canamus mentibus. Ecclesiarum principes. belli triumphales duces. celestis aule milites. et vera mundi lumina. Devota sanctorum fides. invicta spes credentium. perfecta christi caritas. mundi triumphat principem. In his paterna gloria. in his voluntas spiritus. exultat in his filius. celum repletur gaudio. Te nunc redemptor quesumus. ut ipsorum consortio. iungas precantes servulos. in sempiterna secula. Amen.

In natali unius martyris. Ad ves. et ad noct. ymnus.

Deus tuorum militum. sors et corona premium. laudes canentes martyris. absolve nexu criminis. Hic nempe mundi gaudia. et blandimenta noxia.

caducce rite deputans. pervenit ad celestia.
Penas cucurrit fortiter. et sustulit viri
liter. pro te effundens sanguinem. eterna do
na possidet. Ob hoc precatu supplici. te poscimus
piissime. in hoc triumpho martiris. dimitte noxam
famulis. Laus et perhennis gloria Ad lau
Martyr dei qui unicum des ymnus.
patris sequendo filium. victis triumphas
hostibus. victor fruens celestibus. Tui precatus
munere. nostrum reatum dilue. arcens malis
contagium. vite removens tedium. Soluta sunt
iam vincula. tui sacrati corporis. nos sol
ve vinculis seculi. amore filii dei. Deo
patri sit gloria In nativitate plurimo
rum martirum. Ad vesperas. ymnus.
Sanctorum meritis inclita. ymnus.
gaudia pangamus socii gestaque for

tia nam gliscit animus. promere cantibus vi
ctor genus optimum. Hi sunt quos re
tinens mundus inhorruit. ipsum nam sterili
flore peraridum. spreverunt penitus teque secuti
sunt. rex christe bone celitus. Hi pro te fu
rias atque ferocia. calcarunt hominum sevaque in
verbera. cessit his lacerans fortiter un
gula nec carpsit penetralia. Ceduntur
gladiis more bidentium. non murmur reso
nat non querimonia. sed corde tacito mens
bene conscia. conservat patientiam. Que v
ox que poterit lingua retexere. que marti
ribus munera preparas. rubri nam fluido
sanguine laureis ditantur bene fulgidis. T
Te summa deitas unaque poscimus. ut cul
pas abluas noxia subtrahas. des pacem
famulis nos quoque gloriam per cuncta secula.

Eterna xpi munera Ad noct
et martirum victorias. laudes vii.
canentes debitas. letis canamus mentibus.
Terrore victo seculi penis que spretis cor
poris mortis sacre compendio vitam beatam
possident. Traduntur igni martires et be
stiarum dentibus. armata seuit ungulis tor
toris insani manus. Nudata pendent
viscera. sanguis sacratus funditur. sed per
manent immobiles vite perhennis gratia. Te
nunc redemptor quesumus ut ipsorum consortio iun
gas precantes servulos in sempiterna Ad la
Rex gloriose martirum. udes. ym
corona confitentium. qui respu nus.
entes terrena. perducis ad celestia. t
Aurem benignam protinus appone nostris
vocibus. trophea sacra pangimus. ignosce

quod deliquimus. Tu vincis in martiribus par
cendo confessoribus. tu vince nostra crimina do
nando indulgentiam. Deo patri sit gloria.
In nat. conf. ad ves. et ad nocturnum
Iste confessor domini sacratus. ymnus.
festa plebs cuius celebrat per orbem.
hodie letus meruit secreta scandere celi.
Qui pius prudens humilis pudicus.
sobrius castus fuit et quietus. vita dum
presens vegetavit eius corporis artus.
Ad sacrum cuius tumulum frequenter
membra languentum modo sanitati quo
libet morbo fuerint gravata restituuntur.
Unde nunc noster chorus in honore ipsius
ymnum canit hunc libenter. ut piis me
ritis iuvemur omne per evum. Sit salus il
li decus atque virtus. qui super celi residens

etiam totius mundi machinam gubernat
trinus et unus. Amen. ¶ Ad laudes
Iesu redemptor omnium. .ymnus.
perpes corona presulum in hac die clem-
tius. nostris faveto precibus. **T**ui sacri quo-
minis. confessor almus claruit. huius celebrat
annua. devota plebs sollempnia. **Q**ui ri-
te mundi gaudia. huius caduca respuens
cum angelis celestibus letus potitur premiis.
Huius benignus annue. nobis sequi vesti-
gia. huius precatu servulis. dimitte noxam cri-
minis. **S**it christe rex piissime tibi patrique
gloria cum spiritu paraclito. et nunc et in perpetuum. Amen.
Iesu corona celsior ¶ Ad. L. cf. n. p.
et veritas sublimior. qui confitenti
servulo. reddis perenne premium. a suppli-
canti cetui. obtentu huius optimi. remis-

sione criminum rumpendo nexum vinculi. **A**-
nni recurso tempore. dies illuxit lumine quo sanctus
hic de corpore. polum migravit prepotens.
Hic vana terre gaudia. et luculenta predia.
polluta sorde deputans ovans tenet cele-
stia. **T**e christe rex piissime. hic confitendo
iugiter. calcavit hostem fortiter. superbum ac
satellitem. **V**irtute clarus et fide confessionis
ordine. in ieiuna membra deferens. da-
pes supinas obtinet. **P**roinde te piissi-
me. precamur omnes supplices. ut huius almi
gratia. nobis remittas debitas. **G**loria tibi
domine. gloria unigenito. una cum sancto spiritu. in
sempiterna secula. Amen. ¶ In natalis
virginum. ¶ Ad vesperas et ad L. ymnus.
Iesu corona virginum quem mater illa conce-
pit que sola virgo peperit hec vota cle-

mens accipe. Qui pascis inter lilia septus
choreis virginum sponsus decorum gloria spon
sisque reddens premia. Quocunque pergis
virgines sequuntur atque laudibus post te
canentes cursitant ymnosque dulces personant.
Te deprecamur largius nostris adauge sen
sibus nescire prorsus omnia corruptionis
vulnera. Virtus honor nomen gloria deo
patri et filio sancto simul paraclito in seculorum secula.
Virginis proles opi Ad noct. ym.
fexque matris virgo quem gessit pe
pitque virgo virginis festum canimus tro
pheum accipe votum. Hec tua virgo dup
plici beata sorte dum gessit fragilem domare
corporis sexum domuit cruentum corpore
seculum. Unde nec mortem nec amica t
mortis seva penarum genera pavescens san

guine fuso meruit sacratum scandere celum.
Huius optentu deus alme nobis parce iam
culpis vitia remittens quo tibi puri resone
mus almum pectoris ympnum. Gloria patri
genitoque proli et tibi compar utriusque semper spiritus
alme deus unus omni tempore seculi. Amen. In de
dicatione eccl. Ad ves. et ad noct. ym.
Urbs beata iherusalem dicta pacis visio.
que construitur in celis vivis ex lapidibus
et angelis coornata ut sponsata comite. t
Nova veniens e celo nuptiali thalamo.
preparata ut sponsata copuletur domino platee
et muri eius ex auro purissimo. Porte ni
tent margaritis adytis patentibus et vir
tute meritorum illuc introducitur omnis qui ob christi
nomen hic in mundo premitur. Tunsionibus pressuris
expoliti lapides suis coaptantur locis per manum

artificis disponitur p mansuri sacris edifi
cius. Gl'a et honor deo usq; quo altissi
mo una patri filioq; inclito paraclito cum laus
e et potestas p immensa s(e)cl'a. Amen. Ad
A Angularis fundamentum. Laudes ymnus.
damentum. Require i fine psalterii.

In nativitate. Martirum a pasca us
usq; ad pentecostem. Notan
dum q(uod) In festivitatibus s(an)c(t)orum a pasca us
q; ad pentecostem. psalmi et ymni con
sueti de comuni s(an)c(t)orum dicuntur. nisi ubi
ps et ymni p(ro)prii assignant(ur). et cantant(ur) ym
ni. usq; ad ascensionem in tono pascali
illi qui consonant. et d(icitu)r in fine. V. Gl'a
tibi d(omi)ne qui surrexisti a mortuis. Preter
in ymno s(an)c(t)e crucis qui non m(od)o consonat
d(icitu)r i tono co(n)sueto. p ym(num). S(an)c(t)orum meri
tis. loco cuius d(icitu)r ymnus usq; ad ascen
sionem. Rex gloriose martirum. Etiam
si non cantat(ur) officium. simili m(od)o ymni
festivitatum que veniunt ab ascenssione
usq; pentecost(en) cantantur in tono ascen
sionis si consonant illi tono et in fine d(icitu)r.

ne: Gl'a tibi dñe qui scandis sup(er) sydera. Qui uero nõ consonat dicitur in proprio tono. De suiuis pl(ur)ibus siue de uno martire. Ad uesperas capitulum.

Stabunt iusti i magna constancia. aduersus eos qui se angustiauerunt. (et) qui abstulerunt labores illorum. ym. qui cõpetit. Sci (et) iusti i dño gaudete alla. R. Vos elegit dñs i hereditatẽ sibi alla. Ad M. añ Lux ppetua lucebit scis tuis dñe (et) eternitas tempor(um) alla. Oratio cõpetẽs. Ad matut(inas) i(n)uitatoriũ. Exultent i dño sci alla. Ps. Venite. In pmo noct. tres ps dicũtur sub una ant. ant. Stabũt iusti i magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt alla. V. Sci (et) iusti. R.

Vos elegit dns i hereditatẽ sibi. alla. Lectiones legũt(ur) ppe si hñt(ur). si nõ nõ hent(ur). legũt(ur) ul' supplent(ur) lectiones de s(er)mone sci augustini epi. Dignũ (et) congruum. De ultime lectiones de omel' sci augustini epi. Iste locus euãge sup euãgeliũ s(ecundu)m iohem. Ego sum uitis uera.

Sermo sci augustini episcopi. Lc. pma.

Dignũ (et) cõgruũ ẽ fr(atr)es ut gaudia n(ost)ra cũ scis martiribus cõferam(us). Et hys annũtiemus dõice resurrectionis gl(ori)am. qui cõsortes sũt dõice passionis. Qui eni(m) socii sũt cõtumelie. debẽt (et) participes ẽẽ glorie. Ita ei dicit btus apostolus. Sicut socii passionũ estis. ita (et) resurrectionis eritis. Si tollerabim(us) (et) cõregnabim(us). Qui ergo tolleraueũt

mala pp xp̄m. debet habere gl'am cum
xp̄o. R. Beatus uir qui metuit dn̄m alla. In
mandatis eius cupit nimis. alla. alla. alla. V.
Gloria et diuitie i domo ei⁹. et iusticia eius manet i
sclm scli. In mandatis. Lc̄o secunda.
Annunciemus i q̄ cū scīs matribus de
dominice resurrectiōis gl'am. ut dn̄i sepul
ture illis p̄dicamus reserati claust'. et hec
sepulcri referent'. Cū corpus illius mortu
tuū dicim⁹ tepentib' ueniis subito ingalusse
horū quaqꝫ membra iam frigida i mortali
tatis calore fouentur. R. Tristitia uestra alla.
Conuertetur i gaudiū alla. alla. V. Mundus aūt
gaudebit uos uō contristabimini. Et tristitia uēa. Go.
Eadem ei ratio mīres Lc̄o tercia.
suscitat. que et dn̄m suscitauit. Ni
sicut iā passiois eius experti sūt. ita ex

perient' et uite. Scriptū ē eciā i psalmo. No
tas michi fecisti uias uite. hoc utiqꝫ i re
surrectione ex psōa dicit' saluatoris. q̄ dn̄
